ΧΕΙΡΑΓΩΓΙΑ
SIVE
MANUDUCTIO
IN ÆDEM
PALLADIS,

Quâ utilissima methodus *Authores* bonos legendi indigitatur;

OPERA

TH. HORNE Art. Mag. Scholæ Tunbridgiensis Archididascali.

Studio perpetuo, præstantissimis præceptoribus, & plurimis disciplins adolescenti opus est.
Quintil. orat. lib. 1. *cap.* 1.

X. a. 2. 28.

Βουλεύομενος παράδειγμα ποιοῦ τὰ παρεληλυθότα τῶν μελλόντων, τὸ γὰρ ἀφανὲς ἐκ τοῦ φανεροῦ ταχίστην ἔχει τὴν διάγνωσιν.
Isocr. ad Demon.

Senia cum possem, quod jam puerilia mallem,
Scribere, tu causa es (lector amice) mihi.
MART. 16. ep. lib. 5.

LONDINI,
Excudebat *Rob. Yong.* & venales extant apud *Guil. Hope*, ad insigne Unicornu, prope Peristilium Regale, M. D. CL.

XENOPHONTIS

OPERA

Dignissimis viris *Magistro Guardianis*, & *Assistentibus* Amplissimæ * *Pellipariorum Lond.* Societatis.

*Pellionum.

Quod alii pulveri *nos* marmori *inscribimus, & publicè agnoscimus quæ publicè contulistis, Perennes vestræ* benignitatis *fontes* Schola *Tunbridgiensis humillimè veneratur, officiosè celebrat, quæ vestrâ* curâ *vivit*, munificentiâ *floret. Constat quanta monumenta basilicis & arcubus solenniora, vestra sibi* erigit societas. Vobis *benedicunt famelica pauperum ora:* vestra *calefiunt* Charitate *membra senio tabida, inediâ absumpta*; vestrum *enarrant in bonas aeras affectum egeni* musarum *alumni, quibus unicum vestra* charitas *patrimonium*, pietas *viaticum. Quid* socie-

XENOPHONTIS

OPERA.

Dignissimis viris *Magistro Guardianis*, & *Assistentibus* Amplissimæ * *Pellipariorum Lond.* Societatis.

*Pellionum.

Quod alii pulveri *nos* marmori *inscribimus, & publicè agnoscimus quæ publicè contulistis, Perennes vestræ* benignitatis *fontes* Schola *Tunbridgiensis humillimè veneratur, officiosè celebrat, quæ vestrâ* curâ *vivit*, munificentiâ *floret. Constat quanta monumenta basilicis & arcubus solenniora, vestra sibi* erigit societas. Vobis *benedicunt famelica pauperum ora:* vestra *calefiunt* Charitate *membra senio tabida, inediâ absumpta*; vestrum *enarrant in bonas aeras affectum egeni* musarum *alumni, quibus unicum vestra* charitas *patrimonium*, pietas *viaticum. Quid* socie-

tati *celebriùs, quàm* charitate *animar*
pietate *fulciri? Quid strictius mort*
lium nomina æternitati conjungit, qua
publicò benefacere? Vindicarunt se Lon
dinenses societates *à nigrâ illâ obt*
ctationis censurâ, publicæ curæ conc
dita ab omnibus deseruntur. *Qu*
enim tutiùs reponitur, quàm in vest
manibus? *Quid fideliùs dispensatu*
quam publicæ societatum eleemosy
næ? *Ast* charitatis *modestia laud*
fastidit, & eleemosynarum *decor, int*
ostentandum, perit. Sentiendo dignius
quàm enarrando vestra laudatur b
nignitas, vestrumq; *votis magis, quà*
laudibus firmatur decus: stylus se repr
mat; hoc communi tamen omnium v
ce divulgari credite, quod chartis ma
davit.

Humillimus vester serv

HORNE.

Lectori.

VAluerunt apud antiquos querelæ (Lector) et apud posteros valebunt, paucos fœlicem *Eloquentiæ* portum appuliſſe. Umllas quaſdam *facundiæ* venamur, at c concinnam pulcherrimi illius rporis effigiem, nec intimum aniæ decorem comprehendimus. Quis im inter viros avidiſſimè vetuſtaſequaces, ad *Fabii* nitorem? Quis *Ciceronis* puritatem? Quis ad melam *Senecæ* gravitatem ſurrexit? uis horum veſtigiis tàm fauſtè inſtit, ut vel ſibi ſemitam aperiret, l aliis commonſtraret? Eximios os ornatè loquendi *coryphæos*, ſommodo temporis intervallo fortuà nobis ſecrevit, eiſdem *Rhetoridi* præceptis fruimur, eiſdem ſubis, latent verò non exercentur: uſu frequenti, non ſedulâ *exemplorum*

plorum observatione, nobis redd
tur familiares. Videatur quidem f
gens *Eloquentiæ* sol majoribus no
in ortu apparuisse, nobis in occ
Aliam habet naturam sermo vul
ris, aliam viri eloquentis oratio,
1. *delectat*, 2. *movet*, 3. in plurimas
mum audientis *impellit* species;
sunt usus & exemplorum fructus,
quibus evanescunt præcepta, nec i
clusa *autharum* extrahitur medull
Raro attingunt *facundiæ* mystæ, qu
rum curæ *Oratoriæ* elementa conc
duntur, finem, ad quem colliman
sæpiusq; virescentis ætatis moderato
res onerant discentem quam subl
vant; itur per ambages & inter sale
bras erratur; nec adeo perspicu
monstratur semita, ut pueri ab hæsi
tatione liberentur: hinc in ipso pri
mo stadio fatiscunt, à metâq; ta
quàm tædio victi abhorrent. Ea solùm
faustè perficiuntur, quæ scienter &
animosè aggredimur. Citiùs verò
erroribus paratur censura, quàm re
medium, facilius morbus indagatur
quam medela. Rei literariæ lumina
non nisi eclipsi laborantia, intuemur.

Conscius

nscius loquor, qui etsi *Spartam* *logicam* pro virili ornaverim, rarò men voti fui compos. Hoc vitio fere nes laborant disciplinæ, funda- nta adeo abstrusè & involutè po- ntur, ut potius stuporem ingene- quàm peritiam, & caliginem otiùs infundunt quam lucem. Est ihi in votis igitur veram, certam, cilem, eloquentiæ normam inda- are, quæ in *congruo authoris usu* præ- ouè constat. Maximum forsan ag- essus opus, quàm exiguum perfece- ro. Exactam systematis compositio- nem non suscepi, *Mercurii vialis* mo- re mihi satis est de semita ambigen- tibus viam digito monstrare. Quæ- dam ex his sequentibus præceptis, tu- multuario quodam more (sic enim quotidianum pensum facere coëgit) antehac in lucem protusi; jam verò informis embrionis ossa cute & ner- vis adoperui. Nec forsan penitus inu- tilis erit hic labor, quippe indiget in- fantia fasciis & serperastris, adoles- centia ductu indiget & auxilio: per gradus enim adeo dispositos ascensum ad facundiæ palatium concinnavi, ut

pal-

palpando inveniantur. Illa do[illegible] methodus solum ad perfectionem [illegible]ficax, quæ ex rebus anteà cognitis a[illegible] altiorem scientiæ gradum pandat introitum. In hac arenâ quamplurium eximiè eruditi desudarunt, videant vero lippientes quantum suscepturum pensum promoverunt, ex omnium fere scholarum praxi, quę, etsi in authorum pensitatione totius facundiæ medulla lateat, vix facundię vestigia indagârunt. Leguntur *Cicero*, *[illegible]* *Sallustius*, & solummodo le[illegible] usus vero evanescit, ac si non ostenderemus, quantum præstamus oratores, sed quantum deserimus. Quàm pulchrum ergo pensum foret, in his *authoribus* legendis, nullam vel inveniendi vel componendi ansam non arripere, eandemq; loquendi formam adeò fœliciter assequi, ut ipsum authoris genium spirare valeamus. Pudeat ingenuos abjectè in pulvere jacere, cum facillimo ascensu ad summum *Facundiæ* apicem pertingatur.

Rerum

Rerum in hoc opusculo tractatarum sylloge.

PRÆCOGNITA.

INgenii oratorii delectus, 2. primæ mentis præparatio, in Grammatices fundamentis ponendis, 3. secundæ mentis præparatio, descensu ad inferiores captus, amovendo difficilia, vel jucunda reddendo; in hunc finem postulata quinq; proponuntur.

1. De linguâ vernaculâ. 2. de applicatione linguæ cognitæ ad faciendam incognitam faciliorem. 3. de instrumentis, quibus oratoriæ tyroni est utendum. 4. de rerum naturalium & artificialium, ad puerilem usum applicatione. 5. de manuductione, per usum authoris, ocularem demonstrationem, mansuetudinem, hortamina.

4. De poësi oratori inserviente, 5. de memoriæ subsidio per iteratam inculcationem, 6. de exercitiis iterum conficiendis. 7. Inventionis decem partes. 8. Orationum partes, quomodo dispositæ, & petitæ. 9. per gradus progressus. 10. status demonstrativus, &c. 11. periodorum casus. 12. Collectiones ex authoribus. 13. extemporaria locutio. 14. Concentus cum authoris genio. 15. Æmulatio.

16. intellectus

16. *intellectus memoriæ inserviens.* 17. *instituendorum numerus.* 18. *Exercitationum frequentia.* 19. *disceptationes oratoriæ.* 20. τὸ πρέπον. 21. *prolixitas exercitiorum.* 22. *persona.* 23. *dictamina à magistro ore.* 24. *correctio exercitiorum.* 25. *Græcæ linguæ usus in re Oratoria.*

PRÆCEPTA.

1. *Delectus authorum.* 2. *usus Ethicus, Criticus, Grammaticus, Oratorius, hic vero septemplex.* 1. *versio, virilis, gemina, punctatio.* 2. *Observatio, vocum simplicium, errorum, personarum, epithetorum, troporum, phrasium, adagiorum, synonymatum, formularum, transitionis, exordiendi, gratias agendi, objurgandi, &c.* 3. *imitatio ejus vitia, decora, est vernacula, peregrina generalis, specialis, exempla.* 4. *variatio & paraphrasis earum species, exempla regulæ.* 5. *allusio & applicatio ejus species.* 6. *compendium & amplificatio, utriusq; exempla, subsidia.* 7. *parallelismus analysis ubi de commentariis.*

EXEMPLARIA.

1. *In* Christi *servatoris humani generis natalitia.* 2. *Threni in* Christi *passionem.* 3. *In annum* Carolinæ Inaugurationis *memoriam.* 4. *Splendet in adversis virtus.* 5. *In* Dni Custodis. *M. Sigilli inaugurationem.* 6. *In annum* Jacobi *M. Britanniæ R. μνημόσυνον memorium.* 7. Elizabetha *Anglorum Regina.* 8. *Ad* Judices *annuum regni lustrium peragentes.* 9. *Proditio pistica.* 10. *Invidia scelerum nutrix.* 11. *Amicus alter ego.* 12. *Nemo nascitur artifex.* 13. *An aurea libertas auro pretiosior omni?* aff. 14. An aurea libertas auro pretiosior omni? neg. 15. *Eruditis suam causam agit contra indoctos sror.* Pallas *contempta.* 16. *De peste Londinensi.* 17. *Epithalamium.*

PRÆ-

PRÆCOGNITA DE USU AUTHORIS.

TOtius Oratoriæ curriculum eruditissimi multorum conatus absolverunt: non eandem igitur (ut aiunt) contundemus incudem, sed carptim, quòd proposuimus, prosequemur; &, quasi per transennam, adolescentibus patefaciemus, quàm expeditè ex usu authoris tyronum profectus, tam in facundiæ, quàm in reliquis ornatioris literaturæ elementis, promoveatur.

Ut penso tam necessario pares simus, proponenda sunt subsidia stili { soluti, ligati.

Quoniam verò quàm plurima præcepta mutuò utrique subserviunt, simul, pro virili, utraque pertractabimus; si verò in progressu stylo ligato quid necessarium omittatur, in calce indigitabitur.

Procedemus itaque per { Præcognita, & Præcepta.

Summi & perspicacissimi facundiæ Mystæ, non omne ingenium stylo politiori judicant idoneum, sed vegetum, grave, perspicax, cui fœcundus quidam vigor tam judicii, quàm captûs & memoriæ, famulatur; cui tenax cognitorum custodia, mentisque congrua subservit auda-

cia: Aurea fortuna mundi dominorum quondam affixa cubiculis, non omnibus ingeniis benignè affulsit, sed paucis quibusdam & selectissimis; nec Augusta illa prudētiæ Metropolis sequioris sortis admittit incolas, sed præcipuis *Palladis* opibus ditatos. Ut apud *Persas* igitur corporis vires, sic apud juvenum instituentes, mentis, validum debent subire examen. Eximia puerorum indoles apud primævos *Æthiopas* constanti & imperterrito equitatu, explorata est, quippe si hoc munere sine pavore pueri fungerentur, inclytissimæ indolis indicium existimabantur reddidisse,& *Theseus* in primâ pueritiæ face pellem leoninam sine formidine conspectans, futuræ magnanimitatis inter veteres *Athenienses*, fertur edidisse specimen, Ita in eloquentiæ palæstrâ facere oportet & summa cum sedulitate observare cuiusque ingenii motus, constantemque ad facundiæ propensitatem; hasce etiam cœlestis ignis scintillas, debemus pertinaci quadam curâ fovere & excitare: Quid verò socordiæ, hebetudini, demeritati, cum tam egregio, divinoque *munere*? Quid sui cū *Minervâ*? Stipiti cū *Mercurio*? Arenæ mandare semina, & fluctibus obloqui videamur, si ad tam celebre opus hebetes prorsus & indociles obtrudamus. Non eâ Gymnasia laborant penuriâ, vt ex infimis ingeniorum sentibus, quibus potius gula quam artes sunt deliciis, milites ad *Apollinca* castra cogerem.

Agricolam si flava Ceres *dare semina tostis*
Jusserit——

non omni solo semen concredet, sed tam soli quam seminis naturâ pensitatâ, conformet utriusque aptitudinem reposcit. Primum etiā

Gym-

Gymnasiarcharum munus est, arvum prudenter pensitare, cui futuræ eloquentiæ semina infundunt. Satius est opus non aggredi, quàm haud peractum & informe relinquere; & præstat à cultu abstinere, quàm nil nisi lolia & paleam expectare. Esto morum, ingenii, pronunciationis eminentia quædam & proclivitas. Esto denique eorum electio, in quibus ingenuitatis spes eluxit, ita immortalis illius instar *Persarum* cohortis, succedentium catervæ suppleant decedentium vicem.

2. Quicquid vires exuperat, ægrè & infirmè perficitur; & labore nimis severo luxantur tenelli artus: Sæpe igitur præstolandus est adultus quidam vigor & maturitas, antequam pensum hoc arduum aggrediamur; non omnis enim ætas tam eximiæ provinciæ capax est, sed vigens & adulta. Sunt pueritiæ vigori congrua exercitia, in quibus, sine temporis dispendio, deferveat tenuioris ætatis impetus. Sunt, & libenter fateor, primi mentis motus, ubi ad rem novam fertur, fervidè veloces, ubi verò senserunt rem non sine improbo labore perficiendam, deficiunt & flaccescunt, & sæpissimè quò altiùs spes surrexerunt, eò abjectiùs conatus decidunt; ita, etsi primi impetus sint quàm virorum majores, secundi sunt quàm fœminarum minores. Ne cuiquam igitur imponat prōptitudo quædam respondendi & concipiendi in pueris è meliori luto formatis resplendens, nec à se cuiquam satis efficax videatur ad futuram facundiam; cui, dum hæc dico, nihil detraho, quippe si debito fraudetur cultu, & à primis Latinitatis elementis, citiùs quam par est, amoveatur, potiùs frondium luxurie ingravescit, quàm

fructuũ ubertate. Herculeus ille cothurnus, Hercule quã Pygmæo dignior, adulto quàm infante. Nullum sanè eximium ædificiũ est, quod non ab infimo surgit fundamento: sunt etiam rudimẽta quædam inferiora cautè ponenda, priusquam Oratoriæ structurã erigamus, & mænianis pergulisq; ornemus. Sublime quiddam est inventioni exercitium, & à mente modicè adultâ, quæ nõ solùm ad aliquã judicandi maturitatem pervenit, sed & linguæ Latinæ elementis imbuitur, comprehendi potest. Deficiunt aliter tenella pectora &, vel diversitatis tædio, vel pensi præconcepti horrore, perterrita, in ipso laborũ limine fatiscũt. Ad hæc, etsi, teste Fabio, varietas eximiè delectat, nimia tamen rerum diversitas aciem intentionis abrumpit; &, ut plerunq; ventriculo accidit, secundas concoctiones non posse primæ errores corrigere; ita dũ juvenes disciplinas altiores, infirmioribus adhuc imperfectis, aggrediuntur, in utrisq; destituuntur. Sunt quidẽ artes caligantium animorum collyria, & quasi ægrotãtis naturæ pharmaca, in quã remanẽt adhuc scintillæ quædã obscuræ, quæ, si foveas, in flammas exurgunt, & quo animosiùs hoc opus aggrederis, eò fœliciùs succedit. Sunt tyronum mentes instar Minervæ, Mercurii statuarũ, quæ apud antiquos, artis scriptoriæ adhuc inscios, sine vultu, manibus, pedibus è rudi marmore effingebantur; ac si tam ope, quàm decore destitutæ. Opus est igitur magistri prudentiã quæ animã efformet, vitã disponat, actiones regat, agenda & omittẽda indicet, sed ad gubernacula, & per ancipitia fluctuantiũ dirigat cursum; sine hac nemo huic ministerio aptus est: innumera accidunt, singulis horis, quæ consiliũ, ductũ, institutionẽ expetunt. Solent subsel-

ita pulpitis subjúgi, ut quotidiano quasi influxu recreẽtur: Constat quidẽ omnes, qui disciplinarũ introeunt palatium (ut de Dianâ Iasiorum fingitur) quasi tetricum Minervæ vultũ intueri, excũtes verò arridentem & placatũ. Ne despondeant igitur vel magistri, vel discentes, animũ, sed pertinaci laborandi proposito procedant, nec cessent donec per inferiorũ disciplinarũ tramites fortiter ad summas conscẽdant. Assidui enim labores, cicadæ illius Locro fidicini chordæ amissæ supplẽtis defectũ, quàm cõspicuas & permultas resarciet imperfectiones; &, quamvis communi quasi arâ paupertati litẽt & sedulitati, Musis in progressu, & Somno, vel potiùs placidæ quieti, in eodẽ sacrario postea sacrificabũt. In cibis ipse acor jucũdus est; in studiis difficultas placida, nec diutiùs ulla hæret voluptas, quàm quæ acerbis conditur: exuperet igitur vestra sedulitas omnes pavoris insultus, omnia difficultatis terriculamẽta. Ingentia proculdubio facũdiæ dedecora sunt, præcipites & immaturi conatus. *Exerceãtur itaq; tyrones in linguâ Latinâ plenè imbibendâ: exerceantur*, inquã, *& aliquam judicii assequãtur validitatẽ, priusquã in hanc Palladis arenam descendant*; lucmus aliter pœnas quas pueris infligimus: &, ut Romanis evenit, inter acerrimos discordiarum æstus ædem concordiæ cõdentibus, nostra molimina nõ concutiemus solũ sed diruem⁹. Malè cõfirmatas pueritiæ vires confundit facundiæ splendor; &, solis instar, dũ aquilarũ explorat oculos, noctuarũ obtũdit. Sunt in Sulmonensi agro scaturigines, quæ herbas enecãt, fruges alunt: eodẽ etiã more subtilior eruditio corroboratis prodest ingeniis, tenuia obruit. Man⁹à tabula nimis festinãter amota, ipsã Venerẽ relinquat imperfectã; & nimis temerè

protrusa institutio, celeberrima ingenia reddat inculta. Ex meipsius experientia ortum est hoc monitum, quàm exiguum enim deprehendi profectum, ubicunque à perfectæ Latinitatis fundamento, oratoriæ & facundiæ ædificium non surrexit; quippe inter Grammaticam & Rhetoricam divisi juvenes, ut canes plures captantes prædas, nullam assequantur.

3. Messem si quis expectet, sementem, arationem, cultum, priùs suscipit; & priùs est certè bella parare quàm gerere: mentis etiam congrua præparatio institutionem oratoriam præcedere debet, congrua etiam formatio comitari; illa ante opus, hæc in ipso opere necessaria. De congruâ aliquâ peritiâ in linguâ Latinâ priori prægnito egimus; audite itaque alia æquè necessaria. Diversa censenda sunt opera docere Linguâ & Stylum, & quicunque confundit, ignorantiæ aleam inibit: hoc tamẽ utrique commune est, ut sensus viam pandat intellectui; sic enim fieri debet à primis elementis usque ad supremas disciplinas; & ex rebus priùs cognitis omnis petatur institutio, adeo ut à principiis priùs patefactis ulterior semper exurgat cognitio. Errant quidem, me judice, qui memoriam intellectui præferunt; hinc enim pueris majorem creant molestiam, qui ea solummodo quæ intelligunt, probe meminerunt. Incunda est docendi semita, æqua, facilis, jucunda, & ab acrioribus expressionum spinetis expurgata, quibus potiùs à discendo deterrentur tyrones, quàm ad auscultandum invitantur. Cum eâ ætate rem habemus, quæ vultûs exterioris deformitatem perhorret, & aversatur, & quæ conatus primo ingressu ingratos, rarò

cum

cum delectatione aggreditur. Nemo mortalium est, qui non terribiles rerum aspectus reformidat, & qui formidine non in reverentiam cogitur: hinc templa apud antiquos *Draconia* dicta, quippe numinum præsentia, sub Draconum specie non rarò adorata, horrorem menti incutiebat. Ne pudeat itaque magistros illius submissionis, quæ formidinis pŏdus à puerilib⁹ averruncet animis; sed ad infimos captus lubenter descendãt: docentis submissio est discentis ascensus; & pulchrius est omni honore, celebrius omnibus triumphis, parem provinciæ animum gerere. Constat eas disciplinas, quæ inclytissimum apud eruditos nomen meruêre, adeo conspicuâ niti demonstratione, ut imperent audientis assensui; nec indignum erudito est in re philologicâ harum æmulari perspicuitatem. Mutuatitia quidem est omnis nostra eruditio, & non absimilis triumphorum Olympicorum, in quibus non nisi mutuò acceptis utebantur equis: dignissimum igitur est quæsitu, unde copiosissimè mutuam accipiamus.

'Non injuriâ, magnus quidem, & in bonarum 'mentium Palæstra apprimè exercitatus que- 'ritur, nõ præcedere animorum dignam præpa- 'rationẽ, nec miscèri satis utile dulci, ad ine- 'scãda ingenia, ut avidè imbibant doctrinã, sed 'qualiter accedit quisque, taliter hunc admitti; 'tractari autem nõ ut in convivio hospites, sed 'ut in pistrino mancipia. Quomodo ergo possũt literæ esse faciles, quæ inter dubitandum, horrendum, trepidandum sunt discendæ? Quomodo verò difficiles forent & injucundæ, si, avulso obscuritatis velo, pulchra & decora eruditionis facies ostenderetur? quæ etiam ignaros 1. A. Comen.

allicit, eruditos conciliat, & deprædatur. Si methodus instituendi amica, grata, perspicua esset, quis non eruditionem deperiret? hoc enim rore melleo humectati & depasti discipuli, omnem magistrorum molestiã placidâ progressûs suavitate compensarent; nec non hac medelâ, (ut de Heliconiis herbis narratur; quarum esu serpentium venena mitigantur) innata mentis pervicacia, timiditas, inscitia edomarẽtur. Fertur Memnonis cujusdam statua sub caliginoso noctis imperio, nullum omnino strepitum edere; solaribus vero radiis semel repercussa, gratissimâ quâdam melodiâ resonare; ita mens, horridâ ignorantiæ obscuritate involuta, misero cuidam mancipatur silentio, scientiæ verò radiis illuminata, selectissima quâdam suavitate suam expandit excellentiam. Nostrum verò non est Pythagorico illo uti dictamine, nec in tramite ferè insolito, viris doctioribus digitũ porrigere.

Hæc itaq; facundiæ prælibamina, quæ sequũtur, in medio relinquo, & hæc Postulata magistrorum judicio subjeci; pro lubitu amplexentur, vel rejiciant: Viros (uti spero) alloquor nõ adeò morosos, ut non persuadeã, etsi persuadeãs sed ingenuos, candidos, ad audiendum faciles.

1. Inquam, ab omnibus considerari velim, An in linguâ vernaculâ, exercitia puerilis inventionis primordio non præcipuè conveniant; quippè sunt facillima, & minùs perturbant inventionis vires virides & indecoctas, quàm illa, quæ & peregrinam verborũ copiã exigunt, & materiæ? Constat, consuetudinem loquendi quàm mirificè tyronem sublevare: Porrò, linguæ vernaculæ nativa & pura idiomata sunt pueris quotidiè in

ore

ore; adeò ut ex illorum usu, non solum liberrimum loquendi campum, facilemque procedendi methodum consequantur, sed etiam concinnam vocum proprietatem validissime dijudicent: quod in linguâ ignotâ difficillimum. Hoc verò omnes moneo, hoc nostrum Postulatum non priùs dictis de perfectione in linguâ Latinâ contradicere; etsi enim perfectionem suademus, attamen, ut existimamus, diutiùs in vestibulo scientiarum pueri hærerent, si eousq; morarentur in linguâ Latinâ acquirendâ, donec sint tã expediti in illâ, quàm in vernaculæ usu. Nec linguæ Latinæ usũ ex scholis eradicaturi sumus, sed potiùs magis confirmaturi; Severè enim exigenda est pura & compta Latinitas in mutuis puerorum colloquiis, ab omnibus qui ex usu perfectionẽ sperãt; nec huic studio, ut prudenter pensitãti patebit, refragabitur epistolarũ discursuumq; cõpositio in linguâ vernaculâ, dum hujus usus non tollat alteram, sed potiùs adeã reddat adolescentes prõptiores: ea enim facillimè Latinè donamus, quæ antea in linguâ vernaculâ cõcepimus. Quid verò exinde nocumenti? anne inventionis restrictio? anne progressûs impedimentum? anne facundiæ dedecus? Vernaculã (ut sic dicam) facundiam in ignaris & incultis desideramus, in adultis miramur; quare intyronibus non foveremus? Fallor equidem, si hujuscemodi exercitia non medelã ministrarent miseræ isti barbariei, de quâ in epistolis conscriptis, & in orationibus, vel publicè vel privatim habitis, conquerimur. Que-

relas, si negligamus, augemus; & morbum fovet ille, qui non cupit mederi. Ad hunc finem omnis tendit institutio, ut ad futura negotia, reipublicæque ministeria reddamur promptiores, quæ præcipuè constant in ornato & expedito linguæ vernaculæ usu; ita in seminariis, radicem, stipitem virgulta nacti in pulcherrimo orbis terrarum horto, gemmas, flores, fructus protrudamus. Lingua erat vernacula, in quâ Demosthenes, Cicero, Fabius claruerunt. Nec spernendus est finis longè sublimior, ut in lingua nobis familiari, & audientibus non ignotâ, illius laudes, sapientiam, misericordiam ebuccinemus, cui linguas, corpus, vitam debemus. Multum Ægyptii Nili inundationi debuerunt, ideoque leonis sidus, cuius influxui inundationis initium acceptum referunt, summo prosequuntur honore, & ut tanti beneficii memoriam conserverent, omnibus siphonibus & aquæductibus, ad quos etiam omnibus è sorte viliori accessus patuit, leoninum caput insculpserunt: ita in omni linguæ, ingenii, memoriæ exercitatione, serventur divinæ benignitatis characteres, & quotiescunque ad fluvios bonarum literarum adolescentes ducuntur, ad fontem dirigantur; divina beneficia ut Luna Solem, à quo benignos luminis radios accipit, averso plerumque vultu intuemur. Quis verò alius est noster finis, quàm pervenire ad illum, cuius est nullus finis? Denique, post Dei gloriam & Ecclesiæ pacem, quæ omni menti saniori ἐν καὶ πάντα, & ad quæ omnes linguas oportet dirigi, inservit verna-

vernacula eloquentia veritatis ornatui, ut nitore sermonis illustrata, potentiùs in animos influat, utque discant omnes credere ornatæ veritati, qui etiam mendacio credunt, capti orationis ornatu.

2. Detur igitur linguam vernaculam non invenustè eloquentiæ fundamento inservire. Secundò perpẽdi velim, An formatio Styli in linguâ plenè cognitâ, nõ in ignotâ etiã, promptiorem reddat inventionem, judiciumque magis consolidet? In Grammaticæ rudimentis observatu non indignum est, eosdem casus, numeros, modos, tempora, in omnibus ferè linguis occurrere, quæ in priori linguâ cognitâ, non mediocrem in sequentibus addent facilitatem; quod si, ut æquum est, observetur, spinosæ Grammaticæ difficultates dilucidiùs pueris expanderentur, & multum molestiæ, quod pueriles excruciat animos fœliciſſimè tolleretur: ut lampas lampadem accendit, ita lingua linguam illuminat, & inferiores scientiæ, superiores. Nec aliter in Rhetoricâ & Oratoriâ se res habet; quicquid enim ornatûs & elegantiæ uni subservit linguæ, subservit alteri; habent plerunque eosdem flores, eandem materiæ copiam, easdem inveniendi & componendi ansas: utque eadem edulia, variâ cupedinarii arte præparata, differunt; ita & sermones discrepant, qui potius sono quam re distinguuntur. Mirus quidem inter omnes linguas consensus in ducendo ad generalem illum finem, ad quem omnes linguæ tendunt, scientiæ perfectionem. Diversitas etiam idiomatum in variis linguis occurren-

currentium, & quæ non ſine ſummâ imperitiæ labe confundantur, ſolo uſu & obſervatione dignoſcitur, & errores, ex idiomatum neglectu orti, ſedulâ inſtituentis cautelâ non infœliciter eliminantur. Suadere juvenibus quod decet multi laboris, mentes enim opinione corruptæ, in rebus etiam graviſſimis ludunt; attamen, tam ratione quàm experientiâ judice, nihil eſt inſtitutioni magis congruum, quàm à rebus nobis familiariſſimis, ad altiora, & à vulgari captu remotiora, aſcendere.

3. In omni artificio inſtrumenta quærimus, apta, congrua, utilia; ea verò quærere præpoſterum, quorum uſus exſoleſcit. Tertiò itaque perpendi velim, an inſtrumentorum facundiæ uſus & cognitio, An troporum Rhetoricorum & figurarum explicatio, non poſſint, ſummâ cum utilitate, puerorum animis in linguâ fundamentali inſtillari; nec non prima eorum exercitatio in ea inculcari? Nec puerilis & inanis eſt hæc conſideratio, ſed ad cognitionem utilis, ad facilitatem efficax: perquàm oſcitanter enim hæc Oratoriæ elementa plerumque ponuntur, & quàm ſæpiſſimè adeo abſtruſè & obſcure explicantur, ut eorum uſus, vel perit, vel penitùs delitescit. Huc verò tendunt omnia magiſtrorum vota & molimina, ut rerum plenâ, at parùm hæſitante, intellectione, earum praxis reddatur facilior. Fatendum eſt quidem, in omni facultate, multum valere præſtantis ingenii acumen, ſed ipſum ſine artis & diſciplinæ politurâ, facile eſt impingere in frequentiſſimos errores, tam inſci-

tiæ,

tiæ, quàm temeritatis. Nesciunt tyrones plerumque unde inventionis subsidia peterent; &, nautarum instar, qui procellis agitantur, ignorant & ubi & quò feruntur. Deficiunt tam mentis quàm corporis vires, si demantur alimenta; his verò ministratis, reviviscunt, & Antei instar, tactu terræ, fortiùs se colligunt. Ne fraudentur itaque adolescentes maturâ opellâ, nec cum propriorum ingeniorum infœcunditate luctari permittantur, omnia verò instrumenta, quibus expeditiùs munere imposito fungantur, suggerere dignamini, usumque exponite; hinc grandis materiæ copia & varietas, hinc variegatus florum Hortus, hinc probata inventionis facilitas, si valeant juvenes argumentum tractandum per omnia troporum & figurarum penetralia prudenter quasi filo ducere: hoc expendatur exemplum, *Pessimum inimicorum genus adulantes*: per prosopœan, apostrophen, epiphonemata, diatyposin, amplientur discursus de adulationis nequitia. Ad hæc facundiæ tyrocinio non incongruum est adolescentibus prælibamina quædam exhibere, hieroglyphicorum, emblematum, adagiorum, historiarum, apologorum, fabularum, phrasewn, & eorum usum ostendere: in his enim facundiæ nitor non obscurè resplendet: sic monuit eloquentiæ magnus ille coryphæus N. Causinus, priusquam ad superiorem praxin se accingant; nec omitti velim leges Oratorias, de materiâ ordinandâ, de orationum partibus, de exordiendi, transeundi, concludendi formulis, de connectendarum par-

partium methodo, nec non sensus animi prolixioris in brevem contrahendi, inculta-que exercitia politiùs componendi, ne pre-tervi generentur habitus, quos sequens in-stitutio ægrè divellet. Deniq; juvenes moni-tos velim, ne in mentis exercitatione, ex-pressiones se primùm conceptui offerêtes li-teris mandentur, vel audientibus proferan-tur, sed, quantum fieri potest, ornatiores reddantur, & elegantiores. Etsi, ut Albu-lam ingredientibus accidebat, quæ ingres-su frigida, postea calida videbatur; primus mentis impetus frigeat, secundus vel tertius, si persistas, vivacior & calidior efficietur. Exerceas itaque frequenter, constanter, for-titer, quid non sedulitatis fervor perficiet? mentes enim, uvis absimiles, primò fæces, dein puriorem succum, inter exprimendum emittunt.

4. Cognitio facillimè in mentem per sen-sus penetrat, nec quidquam interiori-bus obscurum, quod exterioribus mani-festum. Quartò itaque considerandum relinquo, An tota rerum naturalium, sic & quàmplurimarum artificialium series, (quarum concinnâ applicatione, adulta fa-cundia maximè triumphat) nequeat etiam puberum captui ita commodè adaptari, ut inde facilitas acquiratur in allusionibus, si-militudinibus, comparationibus eliciendis? Quid altum nimis aut difficile? quid à sa-niori ratione alienum? Quid docentium cu-râ indignum? ex prædicamenti substantiæ, sicco (ut aiût) pede, illustratâ tabulâ, à cœ-lestibus corporibus, elemêtis, metallis, ani-malibus,

malibus, arboribus, ornatum orationi petere, horum naturas, motus, qualitates, argumento, quod juvenes tractaturi sunt, applicando. Hoc infrà exemplum perpendatur, ubi eloquentiæ dignitas, comparatione à Deo & animo petitâ, non inscitè illustratur.

'Est verè eloquentia semen cœli, & ex æter- N. Caussin.
'no luminis fonte radius delibatus; quò, qui
'cœteris excellunt, propiùs ad cœlestes ac-
'cedere, & cum iis majus quoddam com-
'mercium habere videntur. Dicam clariùs
'& illustriùs, Quam habet cum Deo affinita-
'tem mens humana, hanc ipsam cum mente
'sibi vẽdicat regina terrarum eloquentia; a-
'nimus simulachrum Dei est, Deus animus,
'eloquentia divina est. Quod est Deus in
'mundo, animus in corpore, hoc eloquen-
'tia in vitâ civili: Ille segregatus est ab om-
'ni concretione mortali, hic totus spiritus
'est, eloquentia eximiæ mentis soboles non
'obscura: ille videt omnia nec videtur, hic
'cernit omnia nec cernitur, eloquentia ca-
'pit omnia nec satis capitur: ille quasi ven-
'torum cursibus, hic amoris pennis influit,
'at *Suadæ* tota vis in affectibus, tanquam
'vehiculo rapitur, & permeat in pectora: ille
'per omnes universi plagas diffusus, hic per
'omnia corporis membra distributus; om-
'nes vero artes & disciplinas perlabitur elo-
'quentia: ille regiam habet in cœlo, hic in
'corde, isthæc in mente: illum superi colunt,
'manes observant, volvit Orbem, illumi-
'nat Solem, regit mundum, calcat inferos,
huic supremæ corporis partes obtemperant, famulantur infimæ, caput nervis,

quasi

quasi fidibus intentum movet, oculorum lumen accendit, flectit corpus, in omnibus membris dominatur; eloquentiam verò timẽt reges, reverentur subditi, frænat hominum voluntates, illustrat ingenia, administrat civitates, atque inferiora se despicit omnia. Quid multis? videant lectores, omnesque qui hoc facundiæ encomium cõsiderant, quantum ornatûs & decoris, ex artificiosa comparationum, similitudinumque applicatione, petatur. Occurrunt in authoribus potioris venæ exercitato sexcenta huju modi exempla, quæ annuli illius haud absimilia Apollinis & Musarum effigie insigniti, intuenti & materiæ æstimationem incutient, & artificii reverentiam. SS. denique literæ testantur abundè, summum mortalium institutorem à rebus sensui obviis ad suprema religionis mysteria suum populum erexisse, quorsum sacrificia, quorsum aliæ Judaicæ pædagogiæ elementa, nisi ut ad res cœlestes stupidus ille populus per terrena duceretur. Facem verò soli accenderem, si effatum, non nisi ignaris dereatgum; pluribus verbis illustrarem.

5. Robora parentum proles indicat, & puerilis ingenii immaturi fœtus, debilẽ mentis vigorẽ ostẽdunt. Hoc quintũ itaq; & ultimũ Postulatum, magistrorum cẽsuræ subjicio. Suntne pueri in primo facundiæ stadio inopes & sine subsidio relinquendi? An magistrorum ductu & monitis, tanquam cynosurâ & amussi, dirigendi? Quàm misellus est proprii ingenii ductus, cum summa scieẽtia est misera imperitia? Per omnium literarum

rarum apices puelli scribere incipientes instituentis curâ & operâ deducuntur; ita etiam adolescentes facundiæ stadium ingressi. Carptim itaque describam, quæ subsidia maximè congrua judico, & ab incertâ errandi miseriâ maximè aliena.

1. Usus authoris & certissimum & tutissimum suppeditat auxilium: sunt enim politorũ Scriptorum opera, facundiæ ærariа, ex quibus omnes florum expressionumque thesauri depromantur. Non miremur quidem tam acerbum fructum, & delicatioribus auribus injucundum, ex plerisque juvenum exercitiis oriri, dum authores negligant, & incultis suis expressionibus adhærent: quid verò ex sedulo authorum usu non petierunt facundiæ candidati? nonne materiam, verba, compositionem, ornamenta, nec non omnia quibus Suadæ gloria explicatur?

2. Materiæ tractandæ ductus quidam rudiores, à præceptoris ore, ante prima exercitia, sunt suadæ mysteriis initiato inculcandi; hinc enim tenellorum ingeniorum infœcunditas aliquantulum sanatur.

3. Oculari demonstratione opus est, adeo ut exemplaria, proprio magistri labore confecta, ob oculos puerorum ponantur, post, quotquot fieri potest, exercitia: hinc imperfecti eorum labores eximiè promoventur. Quippe, ex his, rudiores deprehendant & propriorum exercitiorum nævos, & forsan tam concinnam componendi formam, quam eloquii comptam expiscantur ornaturam. Ex piâ senum observatione,

prisca

priscâ surrexit Romanæ juventutis virt
Et parum nos profeciſſe arbitremur, d
nos præclarè agentium admiratio oti
non ad imitanda eorum facta impel
Qui ſe prudenter gerere cupit, perfectis(
quit Alcibiades) bonorum actionibus
comparat.

Hæc tria ſubſidia ſummâ cum ſedulit
adhiberi ſuadeo, donec ex propriæ imbe
litatis meandris, fœliciter ſe juvenes ex
cârint. Naturæ quidem majeſtas loque
potentiam dedit, artes, experientia, obſer
tio, induſtria, loquelæ peritiâ expedi
illa fundamentum ponit, hæc & mate
ſtruem congerunt, & ædificium perficiu
Non ſine mœſto quodam tædio conſpi
mur, quàm miſerè & inculte pueri rhete
cantur, ſuis relicti viribus, & magiſtron
fraudati auxilio: forſan penſa pueris im
nuntur Atlantæis humeris non indig
quibus vires ad ſubeundum ne mini
quidem miniſtrantur; ſed ab infirmis e
gitur illud, quod à validis formidatur,
robuſtiſſimis ægrè perficitur. Non flag
& verberibus res agenda eſt, nec dictam
nimis ſevero, quod immiti magis conve
imperio, quam juſtæ & manſuetæ digni
Non ut trepidi laris Antiphates, om
mœſtitiâ & horrore oportet commiſcere,
ſi, vel Cerealia ſacra, tædis agitatis, vel H
culea, convitiis acerrimis, inter diſcipul
celebrarent: Sed potiùs ſuaſu, labore, hon
mine, inſtitutione, ſociorum modeſtâ
mulatione, & non invido ductu res agen
eſt; quibus etiam ingenia, à facundiæ
to

tore aliena, ad ejus amorem & amplexum incitantur. Exigit quidem hodierna puerorum pervicacia, & protervus educationis neglectus severiores, quàm antiquitùs, scholarum habenas; adhibenda tamen est pœnarum acerbitas solùm cum de aliis omnibus pharmacis conclamatum est. Ubi moderatur severitas, præsit clementia: hæc est ἀ'πλεῳ vixn, constantissima quidem illa & fœliciſsima victoria, quâ, sine injuriâ, & tyronum affectus sibi, & Musis, magistri subjiciant, & subjectos retineant, infensos cõciliẽt, cõciliatos illaqueãt sic à deliquio revalescãt istæ mẽtes, quæ, Scyri lapidis instar, integræ natant, comminutæ mergũntur. Experiendo quidem didici, nullius spes conatusque, ut de Cretẽsibus sacris dicitur, elusos fuisse, nisi qui pensi neglectu hoc sibi creavit infortunium. Quorsum gymnasiorum habenas tenent præceptores, si ad ultimam dirigendi sedulitatem se non extendant? Quorsum tot labores, supremam redolẽtes industriam, à veteribus posteris traducuntur, si ad eorum nitorem non liceat aspirare? Moveat, moveat (inquam) omnes puerorum debilitas, excitet molimina vestra reipub. exspectatio quam non inutilis illi capsulæ cura detinet, cui segnities pestis, industria medicina, sed immortalis illi puriſsimæq; substãtiæ, quæ à cœlo descẽdit, & in cœlũ tendit, simul cũ Minervâ manum movere: nec tantis meritis dignum deerit brabium, quippe nihil æternitati strictiùs mortales conjunxit, quàm fervidus in omnes affectus, & mens, quæ lampadis more,

re, cum corporis dispendio, aliorum i
minationi inservit. Hæc Postulare satis
Cætera sequuntur.

Mutuum est inter Poësin & Oratoriam
utilitate certamen: quippe ex oratoribus pe
poetæ materiã; nec quicquam à poëtis fœli
explicatum, quàm quod ab oratoribus tra
tum: Lectio etiam poëtarum eximiè subsi
oratori, tam ad inventionis splendorem, q
materiæ venustatem, & amplificationis
corem:

Sic varios sese in vultus facundia div
Induit, & vasto nunc torrens impete fertur
Fluminis in morem,———

Quod de Homero vomente, & poëtis colli
tibus fingitur, oratoriæ studiosis non in
gruè applicetur: Hi enim à poëtarum alvea
(comptiori enim utemur similitudine) q
sæpissimè mella surripiunt: si enim prælia,
cellas, pestes describeres, ex poëtis eruan
devitandæ sunt verò locutiones meræ poëti
reliquæ nostri juris sunt faciendæ. Qui in
tis Græcis & Latinis, Homero, Sophocle,
gilio, Ovidio versantur, hæc non ignorant.

5. Lubricæ sunt puerorum memoriæ, &, bib
arenæ instar, institutionis stillicidia quo
diùs imbibunt, eò velociùs dimittunt, nec;
liùs huic morbo invenitur remedium quàm
rata institutio. Inculcationi itaque Rhetori
legumque oratoricarum frequens famul
repetitio; quæ, si prudenti methodo ordine
semel qualibet septimanâ refricetur: semper
rò tam exemplis, proprio labore confectis, q
ex authorum lectione collectis, cujusque
& figuræ examinatio confirmetur, tum
tempo

temporis tractu, quæ citò diffluxura videntur, fixè & constanter hærebunt: ex. gr. cum ad apostrophen, vel Prosopœan deventum est, reditent pueri exempla quæ in authoribus legerunt.

6. Nec olei nec operis pueri facient jacturam, si eadem exercitia, post aliquam temporis intercapedinem, iterum in manus sumãtur, & secundâ cogitatione perpoliantur; edit enim & progressus documentum, & virium experimentum.

7. Omnis funis (ut aiunt) à magistris movendus est, ut pueros & ad inventionis nitorem trahant, & celeritatem: Ut enim educatio opus est non solùm proletariis dignum ingeniis, sed splendidissima Palladis opulentiâ ditatis; ita supremam requirit curam, summosque intentionis nervos. Decem itaque inventionis fontes, dilucidè indigitandi sunt, qui totam facundiæ aream irrigant.

1. Historiæ, quales suppeditat Plutarchus in vit. & moral. Valer. Max. Herodotus, L. Florus, Livius, & Justinus, Plinius, Paræus in medullâ historiæ, Ælianus, tot, quot tempus dabit veniam, ex his perlegantur: non solùm enim in Gymnasio versantibus, sed & in Academiâ initiatis inserviant tam priores quàm sequentes institutiones.

2. Apologi & Fabulæ, quæ prostant in Ovidii Metamorph. Æsopi Fab. Natal. Com. Muthol. Ethn.

3. Adagia, ut ipse Erasmus copiosissimus *adagiorum* collector & illustrator affatim demonstrat.

4. Hieroglyphicæ, in quibus reconditâ veterum,

rum, præcipuè Ægyptiorum eruditio la
quæ à Pierio, Clement. Alexandrino, Str
l. 5. N. Causino, in Hori Apollinis ex
catione, eximiè illustrantur.

5. Emblemata & Symbola, quæ ornata
runt ab Alciato, Theod. Beza. N. Reusn
Nec oblivione tegendus est politissimus
ster Quarlesius. His addantur imagines
rum numinum; de quibus vide Vinc
Chartarium de imaginibus numinum
nicorum, & Pausan. περὶ τῆς Ἑλλα
δηγήσεως.

6. Leges, mores gentium, instituta; ut L
num, Athenienſium, Ægyptiorum,
manorum, quæ fusè tractantur à Plutar
Diodor. Siculo, P. Manut.

7. Sententiæ politæ, tam veterum, quàm
centiorum; quales occurrunt passim in
cito, Livio, Sallustio, Lipsio, Pa
no, &c.

8. Figuræ Rhetoricæ, ut supra diximus,
luculentissimè tractant Aristoteles, Vos
Farnabius, Butlerus, Vicarsius.

9. Loci topici Logicorum, à causis, effectis
junctis, contrariis, &c. de quibus vid. N.
sin. lib. 4. de Eloq. c. 13. nec ab aliqu
mittuntur, qui rem oratoriam tractat
hos si ducatur materia, eximiè amplifi
tur discursus: secum igitur cogitet puer
sunt causæ, qui effectus, quæ contraria
riæ tractandæ.

10. Tota rerum naturalium & artifi
lium series, ut supra monuimus, postul
Quod ad res artificiales attinet, hoc m
utiles reddantur, si in tabulas redigeren

adeò ut oculò percurri possent, &, quod puerorum proposito conveniret, in memoriam figeretur, consule N. Causin. lib. 11. e. g. Pyramides, labyrinthi, templa, basilicæ, officinæ artificum, ciborum apparatus, merciũ varietas, multa inventioni subsidia suppeditant: Quicunque à ferulâ manum non subduxerunt, hos authores degustare incipiant, in Academiis perficiant: & cùm tempus non suppetit totius libri lectioni, Vel dividatur liber in partes, & singulatim pueris assignetur, & postea conferant observationes & collectiones, ut in collegio isto Gelliano monemur; huic verò lectioni suppetias ferat, si quid difficile occurrat, magistri explicatio, & dirigat inspectio; Vel statis diebus præceptor res utilissimas seligat, pueriscque patefaciat: e.g. si omnes 15. Metamorphoseon libri, vel Æneidum, perlegi nõ possunt, unus liber assignetur huic, alius alteri, perlegant, in compendiumque fabulas vel historias redigant, coram magistro verò conferant collectiones; ita socii lectionem quisque quodam modo sibi adsciscet, & hoc modo, facillimè aliquis liber in unoquoque hujus generis utiliter absolvatur.

Hi putei inexhausti cuique patent, &, sicut de beatarum insularum speculo Lucianus fabulatur, quæ omnia in toto orbe terrarum gesta explicat, nihil est in toto orbe oratorio quòd non luculenter spectantibus exhibent; opus erit itaque probatis dignum ingeniis horum prompta exantlatio, & concinna derivatio, ut ab iis puerilium mentium hortuli irrigentur. Si etiam aliquid ex his adminiculis in Authoris lectione occurrat

rat; omnes enim occasiones arreptanti q
non accurret? non sicco (ut aiunt) pede præte
undum est, sed discant adolescentes in adve
riorum librum inserere, pulchrè conservare
quotiescunque occasio occurrit, uti.

8. Satis superque quàmplurimi thematum
orationum partes intonuerunt: quæ sunt, Ex
dium, narratio, confirmatio, confutatio, ep
gus: de iis igitur multùm quidem decant
rarò verò cum arte adhibitis, carptim asse
nec nimis strictè, has partes esse urgendas,
omnino negligendas: Audite (nihili enim
strum est) clarissimi N. Causini judicium, N
'intelligendum est, eam continuò manc
'esse orationem, quæ non ex exordio, narrat
'ne, confirmatione, & epilogo coaluerit; ple
'que enim partes nonnunquam amputan
'esse, docet prudẽtia; quas si intrudere cone
'deforme potiùs faciés & inutile, quàm q
'quam roboris aut gratiæ concilies. Aliqu
etiam satis fœliciter invertantur. Ut verò n
deesset, quod in facundiæ tyrocinio præ
debet, aut quod puerili inventioni auxil
præstet, omnes docendi peritos monitos
lim, omnes formulas exordiendi, confirm
di, &c. quæ in authoribus comptioribus
gendis occurrunt pueris, in transcursu insti
ri debere, ut & fontes undè petuntur: fontes
rò communes

1. Adjuncta temporis, loci
rum, personarum, Quanq
mihi frequens conspectus
ster, &c. pro lege *Manil.*
2. Expositio rei simplex,
Nisi virtus fidesque vestra s
&c.

&c. *Sallust. Facinus novum & inauditum hic narro*, &c. *Put.* ex 10.

3. *Interna* rei *principia*, vel viscera materiæ, e. g. *Satis dedecoris atque flagitii castra cepêre.* vid. *Quint.* decl. 3. & hinc quidem petuntur nitidissimæ exordiendi formulæ.

1. Exordiendi sunt

4. *Exemplorum recitatio*, vel *Fabularum*, Proverbiorum, Sententiarum, e. g. *De Alexandro Narratur* qui &c.

5. *Invocatio*, vid. Plin. Panegyr. Trajan. &c.

6. Abruptus ad rem tractandam *transitus*, e.g. *Injurias & non redditas res ex Fœdere*, &c. vid. *Liv.* decad. lib. 1.

1. Totius rei *declaratio*; ita *Dion.* orat. 31. *Quando enim alicui statuam decernitus*, &c. vid. *Barcl.* de *Prod. Papist. Tantâ fide* &c.

2. Aliter quàm Adversarius exposuit res *exponitur*: e. g. *Non est illa, quam vos putatis Eloquentia.* vid. *Causin.* de Eloq. c. 1.

2. Narrandi

3. Omnium partium, & circumstantiarum rei *declaratio*. e.g. *Nec si hæc inter scientes dicerem*, &c. vid. *Quint.* de Civibus.

4. *Digressio*; *Sic tui Nepotes*

* *novâ gloriâ tuam ſtirpem a*
runt, &c. *Vern.* in Sponſ. *Lu*

5. Brevis ſententiæ no
Explicatio, e. g. *Nec habeo ſ*
quid in Milite tuo laudem, ſed
us &c. Quint. Mil. Mar.

6. *Quæſtiones* rem tractan
explicantes, e.g. *Quid eſt, C*
na? de Conjur. *Cat.* orat. 1.

3. Confutandi

1. *Repugnantia*, vid. &
pro cœco.

2. *Impoſſibilitas.* Quint.
paupere, *Sed excutiam* &c.

3. *Obſcuritas*, e. g. *Neceſſe*
eſt igitur ex his confiteri, &c.
Dion. orat. 11.

4. *Inconveniens*, e. g. *Dem*
contra Philip. orat. 3. *βέλομα*
εἰπεῖν πρὸς ὑμᾶς, ἐξ ὧν &c. O
dam verò vobis quare ſic tima

Et vice-verſâ:

4. Confirmandi

1. *Decorum*,
2. *Poſſibile*,
3. *Perſpicuitas*,
4. *Conveniens*,

quorum exe
tam frequente
currunt, ut no
proponere nec

1. *Medulla* materiæ antece
tis, e.g. *Quare cum me veſtr*
thoritas &c. *Poſt Reditum.*

* 2. *Suaſio* vel *diſſuaſio*, e.g.

* *lite judices, per vos* &c. Or. pro Cn. Planco.

Concludendi

3. *Enumeratio* rerum prius dictarum, e. g. *Quare conservate* (judices) *hominem pudore eo quem amicorum studiis.* &c. pro Arc. poët.

4. *Apostrophe*, vestrum est hoc judices, &c. pro A. Cluent.

Secundum *materiæ* tractatæ Naturam, delegendi sunt Fontes ex quibus partes Orationum possunt peti. Unus enim huic *materiæ*, alter alteri competit; syderum (ut *Epicurei* volunt) haud dissimiles, *quæ clara divitibus, minora pauperibus, obscura defectis, ac pro sorte cuiuscujusque lucentia ad numerata sunt mortalibus.* Plin. Nat. hist. lib. 2. c. 8.

9. *Gradualis progressus* est institutioni aptissimè congruus, sic igitur ordinetur *progressus*, ut pueri cum *stylo confabulatorio* incipiant, & in hunc finem componant *colloquia*, primo literis mandando, dein verò mutuis colloquiis inter se concertando, & qui expeditissimè quæstiones proponit, & responsum format, *palmam* ferat: hâc enim cote, nulla non ingenia acuuntur. *Dein ad Epistolarem* conscendant *stylum*, & propterea fingantur *Occasiones*, vel arripiantur si occurrant, à rebus puerilem captum non excedentibus, præsertim verò sensui obviis; de hisce *Epistolæ* facilè formari possunt, & sine *Olei operisve* dispendio. Ad *historicum stylum* post hunc assurgant, qui in rerum comprehensu facilium *narrationibus* & *descriptionibus* constat, quales collegit N.

Cauſin. lib. de Eloq. 11. Exerceantur
pueri vel in hujuſmodi narrationibus
vitâ *Herculis*, *Alexandri*, excidio *Troje*,
ſcribendis, vel extempore proferendis.
operis verò faſtigium coronet *ſtylus Ora*
qui in Thematibus,& Declamationibus
ponendis præcipuè conſtat. *Inſtitutio*
tes reddit peritiores, *uſus* & *exercitatio*
res, nec non ad ſublimiora paratiores
pervenitur ad ſumma niſi per media, nec
prema exercitia niſi per infima.

10. *Status deliberativus* & *demonſtra*
potiùs quàm *judicialis* & *didaſcalicus*,
centium inventioni conveniunt; quia iis
alia argumenta conveniunt, nec alia tra
di methodus quàm ad quæ puerilis cap
facilè erigat. *Didaſcalicus* benè exerci
Judicialis non niſi probè adultis congrui

Deliberativus thema ſimplex vel com
um tractat.

Demonſtrativus laudat vel vituperat.

Didaſcalicus quæſtiones ſpinoſas expli

Judicialis condemnat vel abſolvit.

11. *Monendi* ſunt pueri, ne *periodi* in
mis prolixæ: abſcindantur inutilia, & p
diſcurſus materiæ nervoſum vigorem, &
nè ordinatam compagem,quàm verborum
morem ſpirent; caveant ab iſta brevitate,
ignorantiæ filia,obſcuritatis mater, rectus
cum & concinnus *ordo*, nec non congru
brati periodorum caſus, auditorum aure
lectant; quod ut fiat, nulla regula certior
quam prudens oratoris obſervatio. Atta
ne vel in generalioribus hærere videamur,
à tritâ oratorum ſemitâ abhorrere, has

ac vulgatas regulas proponere non pigebit.

1. *Adjectivum* dissyllabum *substantivo* multissyllabo post-ponendum est, e. g. indies oriuntur contentiones *novæ*.
2. *Adjectivum* multitudinis ornatiùs *substantivis* postponitur. e.g. Sceleratos *omnes* Catilina *unus* superavit.
3. *Adjectiva* polysyllaba non invenustè & in fronte & in fine ponuntur, e.g. *Miserrimi* sunt omnes *inglorii*.
4. *Adjectivum* à *substantivo*, vocis interpositione commodè sejungi potest, e.g. *Meo* quidem *judicio*, *Plus* habet *venustatis* nuda virtus, quàm compta miseria.
5. *Ablativus absolutus* aut ante verbum, aut initio ponendus est. e.g. *Re intellectâ*, in verborum usu faciles esse debemus. Omnes, *ingruente miseriâ*, percelluntur timore.
6. *Cognomina propriis* præponuntur, e.g. *Q. Fabius*, *M.T. Cicero*.
7. *Cognomen à proprio* interdum sejungitur, e.g. *Lucius* enim *Catilina* Ciceroni infestissimus.
8. *Comparativa* & *superlativa* eleganter substantivis postponuntur, e.g. Prætoris *iniquissimi* sævitia. Adulatio reprehensione *deterior*.
9. *Comparativa* in initio orationis ponuntur, ut & in fine non invenustè, e. g. *Celebrius* est ingenium, cujus motus sunt veloces si iidem sint *honestiores*.
10. *Nomina propria* polysyllaba periodi principium decorant, e.g. *Antiochia* urbs nobilis.

11. *Quod* in laudem vel vituperium e… *prio* nomini præponitur: e.g. *Mag… Pompeius.*

12. *τὸ nullus* post *substantivum* ponit… Viri quibus ratio nulla suadebit; … prius respicit, *τὸ hoc* posterius.

13. *Verbum* indicativi modi aut sub… vi aliquando in initio ponitur, e.g. *citat* eos magnitudo & varietas. *spondeas* animum, *actum est* de sal…

14. *Verbum* [*est*] in initio post prima… ponitur; post comparativum in… e.g. Nostra *est* enim consuetudo. … sine fuco gratior *est*.

15. *Infinitivus* verbo præponitur, … pueris oratio perfecta nec *exigi*, … *vari* potest.

16. *Adverbia* adjectivis postponuntur, … præponantur aliquid interseritur, … stylus intermissione *paulò ad mo*… celeritate perdit. *Eximiè* quidem … lentes superborum sermones.

Hæc, pro judicio, observentur, vel … entur; Quamplurima observatu digna … eruditorum scriptis versata occurrunt, … plurima promptum ingenium adi… *Ordo* est *anima* rerum, *vita* sermonum. … res, quæ jucundo delectant *fructu*, el… *situ* non minus placeant.

12. *Memoria* est mentis *ærarium*, ubi … sauros; *Scrinium*, ubi cimelia; *alveari* … mella recondit. Quid itaq; magistris … incumbit, quàm tam eximium *naturæ* do… excolere? *Ditent exercendo, exerceant dita…*

quæcunque ſpecies occurrun', debent fideliter imprimi, & in futurum uſum recondi. Faciant ut intelligantur omnia, quæ memoriæ inhærere vellent. Neſciunt inſani juvenes, neſciunt, inquam, quàm egregio ſolo ſterilitatem induant; dum non exercent *memoriam*, vel oſcitanter curant; Quippe quò magis *memoriâ*, eò magis plerunque *ingenio* quiſque valet. Ne nimium juvenes chartis hiſce collectivis immalleſcant, nec *adverſariis* vel locis communibus nimium ſecurè confidant, ob memoriæ debilitatem, habeant non adhæreant (Quis enim comprehendit omnia?) Porro quæcunq; pueri legunt tabulis digna, digerantur in ordinem diſciplinarum, adeò ut quælibet obſervatio notatu digna propriam ſuam ſedem ſortiatur, quippe hic ordo inſtitutioni maximè commodus; recordentur verò ſe hortulanos imitari debere, qui plantas ſeminariis innutriunt, ut in hortos transferant. Res memoriâ dignas chartis inſerant, ut frequenter *revolvendo & relegendo* mentibus infigant, vel ſi anteà impreſſæ rerum imagines longo temporis tractu obliterentur, ex *adverſariis* renoventur. Non abſurdè ab antiquis dictum, Ea ſolum te meminiſſe jactes, quæ memoriâ tenes. Impoſſibile eſt, ut *memoriâ* pollentes, ingenii viribus deſtituantur.

13. *Ex-tempore* prolatos diſcurſus *Magnus* ille laudavit *Verulamius*, nec tenuitas noſtra refragari auſit; Ingens profectò auſum, ſummiſque dignum ingeniis, ſi poſt debitam ingenii maturitatem, & antecedentem meditationem, (ſine quâ ipſe *Auguſtus* populum alloqui noluit) nec non cum debitâ gravitate

adolescentes aggrediantur: Quorsum e
tendit privata institutio, nisi ut publicè cl
mus; hinc audacia, loquendique consuetud
fælicitas, nec non eximium ingenii acum
si verò citius quàm par est, exigatur hoc
ercitium quod infantibus velociorem gre
formantibus accidit, minutiores hebet
vires, magis quam diriguntur; nimia fest
tio ingenii motus sæpe retardat, rarò pro
vet. At si, passibus æquis, huc pueros p
nire velimus, assuescant, cum scholam p
post prandium introeunt, Historias aut F
las, extempore coram magistro, proferre;
de laude alicujus Virtutis, vel vituperio V
extempore discurrant, vel de quovis alio
mate sententiam suam in medium profe
Hæc enim via ad perfectionem expedi
ma.

14. *Æmulationis* cote hebetissima acu
ingenia, & nemo adeo excors, quem non
det superari. *Elephantus* (Plinio teste) igno
niâ notatus inediâ vitam consumpsit;
enim bruta mortem ignominiæ præfer
Nec desunt generi humano à cœlesti igne
libatæ scintillæ, quæ quò fortiorem sent
plausus auram, eò vivacius accenduntur.

Ovid. *Qui velit ingenio cedere, rarus erit.*

Operæ pretium erit igitur, pueros mutuæ
ercitiorum correctioni operam dare, ut & m
tuæ examinationi, tàm inter membra ejusd
classis, quàm superioris & inferioris, dum c
ram magistro se sistunt. *Sit* etiam *colla*
Phraseωn, Lectionum, aliarumque obser
tionu

onum; *Aliquando* etiam Pueris utile erit explorare, quantum nitoris possunt addere ciorum exercitiis, vel *rejiciendo* superflua, el *transmutando* incongrua, vel *supplendo* haſmata, & nova aptioraque *inserendo*. Interum non inutile erit *seligere* expressiones, ex uthore aliquo, & singulis veniam dare quodunque possit, ex iis confingendi; & in his omibus operibus, non desit ei *encomium*, qui sepulò & accuratè operam navando cæteris præiit. *Denique* quoniam non aliorum solum, ed etiam nostrum-metipsorum sumus æmuli, mmâ cum curâ conserventur *ea exercitia*, in uibus celebriores ab aliquo ingenii vires fuant ostensæ, in futuræ ætatis æmulationem, usum; si enim in posterum pueri hebescant, xcitentur priorum exercitiorum recordatione, & moneantur ne à propria ingenuitate degenerent. Non puduit *Patrem* in certamine *Olympico* filium jam torpentem, in prioris roris memoriam revocare, Ω παῖ τὸ ἀπ' ἀρότου, (Paus. Eliac. post) Indignum seni vium est eas manus in Antagonistâ feriendo anguescere, quæ tam robustos ictus aratro nflixissent.

15. *Præposterus* est ordo, *memoriam intellectui* præponere, & imperitè quidem tyronum profectui consulitur, quoties illam oneramus, unc verò non excolere studemus; inferiores nim animi facultates à superioribus vires & nfluxus recipiunt; nec quidquam aliud confirmat & perficit memoriam, nisi quod plenè ntellectus comprehendit. Ut memoriæ itaq; congruum non desit subsidium, omnia quæ pueros recordari velimus, fideliter intelligan-

tur. Nec aliter oportet facere in pr
Grammatices Rudimentis: in illis enim
nendis, si expeditissimè doceremus, per re
sibus manifestas, & per regulas ex exe
elicitas, illuminandi sunt pueriles a
Quam immedicabile scholarum vulnus!
dâ verborum verberumque violentiâ me
riam ignotis præceptis onerare, linguam
re ad repetendum facilem, mentem ad c
piendum impotentem. Toto verò cœl
rârunt, qui, ut pueri Regulas *Gramma*
memoriter repetant, exegerunt; nunqua
ro eâdem cum curâ sunt annixi ut per
concipiant. Hinc libera illa ingenia s
mè deprimuntur, quæ veterum Athenien
æmula, dum sub servitutis tyrannide pr
nuntur, ad nullum præclarum facinus
tollere ausint; ast à jugo libera, per totu
rarum orbem celebres, & mentis & co
vires expanderunt. *Si mihi itaque suaderi
at*, In linguâ plenè cognitâ, ea pra
Grammaticalia inculcentur, quæ puer
Memoriis infigere velimus.

16. *Ne unius pueri institutioni impendat
tus labor*, sed in omni negotio excitentur
tanei ad auscultandum; nulla enim ins
tio uni impenditur, quam non & viginti
diant. *Porro*, moneatur tyro, ut solus a
let, materiæ struem colligat, priùs quà
exercitia componenda se accingat. Facil
erigitur ædificium, cum materia omnis
paratur.

17. *Sint exercitia frequentia*: nihil
ingenii vires magis promovet, quàm freq
& sedula exercitatio, tam in Scholâ de
qu

quàm domi nocte: vix ulla occurrit *Lectio* quæ ad aliquam exercitationem non utilis reddatur. Hinc *Romani*, Carthaginenſes, *Lacedæmonii* in bellis celebres; hinc docta illa Philoſophorum turba, quales *Plato*, *Cleanthes*, *Plinius*, *Seneca*, in Philoſophiæ myſteriis oculati extiterunt, *ideoque rariores ſint* prælectiones, nulla verò abeat ſine uſu; Prælectiones enim non numero menſurandæ ſunt ſed pondere. Tam humanum genus, quàm alia animalia rationis expertia, ex crebrâ exercitatione, ad eximiam & fide majorem peritiam pervenerunt.

18. *Ad ingenii* vires experiendas, in thematis complexi tractatione, utiliſſimum eſt eoſdem pueros in utrâque parte tam affirmativa quàm negativa exercere.

19. Τὸ Πρέπον *ſemper obſervetur*, in periodorum connexione, vocum ſignificatione, rerum applicatione, adeò ut periodi non *chaſmata* ſine dependentia admittant, voces ſint congruæ, rerum applicatio ſit artifice digna. Quis enim leonis laudibus murem inſigniret? aut muſcam elephanti? Laudatur à Poëtarum Principe *Ulyſſis* ingenium, *Agamemnonis* majeſtas, *Achillis* velocitas; in his enim præcipuè claruerunt, nec ullum admittitur epitheton, quod non rei tractatæ affabrè congruit. *Porrò*, obſervandum eſt, eos ab Oratoriæ decore aberrare, qui, in *Latinis* declamationibus, ſententias *Græcas* nimis frequenter inſerunt: Qui *Latinè* peroraturus eſt, *Romanâ* polleat Facundia; qui *Græcè*, *Græcâ*. Nec Cicero inter *Romanos* Oratores primus ſe *Græcis* ſententiis explicare deſideravit; nec *Demoſthenes* inter

Græcos

Græcos non infimus, aliâ quàm *Atticâ* est expressione.

20. *Intra* cancellos nimis angustos ea genia coarctare nefas, quibus nil solenni quàm prolixa verborum multitudine luxu ri. Amant juvenes liberum loquendi camp &, per me, fruantur. Bonum est aliquid ha quod amputes, quod transmutes; *attamen* tur magistri hac cautione, Ne sint exerc tiones in primo Facundiæ stadio adeo lon ut onera videantur, sed potiùs nervosæ, si potest, quàm loquaces. Multum enim mat (ubi prolixiores exiguntur exercitation sæpissimè sine delectu congerant pueri, curant unde petant, nec qualis sit. Summâ per cum curâ (si modo puerilium ingenio limites non excedantur) expectent præcep res ut negotiis impositis (viribus intentis) cumbant: Non enim sine profectûs imp mento ingenuique caloris dispendio pos pensa oscitanter tractari. Apud *Hebræos* servatur, eadem voce (אזנים) & *aurem bilancem* exprimi, quia nil debet audiri, non perpendi, nec imponi quod non pe tari.

21. *Quicquid fieri cœptum est*, non nisi actum dimittatur: hoc vero hac ratione neo, quia permulti ab exercitio ad exercit antequam perficiatur protruduntur, & Pa non dissimiles prædam captantibus, per tum varios prosequuntur labores, quos, si attingant primo conatu, celerrimè dimittu inde in omnibus oleum profundunt, & o ram eludunt. *Potius* bis térve idem revis & iterum conficiant exercitium, quàm i perfect

perfectum & incomptum è manibus dimittant.

22. *Non minimum* est docendi artificium observare ad cujus Authoris mentem, genium que Eloquentiæ tyrones se fœliciſſimè applicant; hunc verò quasi per vestigium sequantur. Qui ubiq; est, nusquam subsistit; & qui in ipso oratoriæ introitu unumquemque ambit, assequitur neminem, etsi cum aliquam perfectionem nactus est, sumat sibi majorem libertatem. Nostrum seculum laconismum potissimum sapit, & succinctâ, nervosâ, floridâ sententiarum rotunditate, acquiescit; qualis in *Pucano*, *Heinsio*, *Lipsio*, elucet. Ideóq; quamvis stylus *Asiaticus*, à primordio inventionis non alienus est, quia prolixiore verborum copiâ gloriatur, nec vituperanda est ampla illa verborum luxuries, quæ uberioris ingenii fœtus est, *stylus* tamen *Atticus* & *Laconicus* sublimioribus ingeniis præcipuè arrident; Materiâ enim magis quàm verbis triumphat. *Considerandum* deniq; præceptoribus, quòd etsi usum authoris enixè inculcamus, attamen haud necessarium existimemus ei perpetuo & soli inhærere, sed adeo confirmare tyronum gressus, expeditosque reddere, ut postea à morbis, revalescentium more, vel scipione rejecto, vel oblectationis causâ adhibito, propriis viribus strenuè progrediantur.

23. *Frequens versio* dictaminum vel discursuum politiorum ex linguâ ignotâ in notam, & vice-versâ, non mediocriter promovet inventionem, (hoc verò fiat vel chartam inspiciendo & extempore coram magistro pronunciando, vel literis mandando) in his verò &

in

in omnibus exercitiis ne adhibeantur v
exoticæ & inusitatæ, sed purè latinæ, &
legantur in probatis authoribus. Parcè v
(si omnino) *Lexica* adhiberi; ex hisce
voces incongruæ sæpiùs seliguntur: *Le*
rum verò defectus sublevetur, 1. magist
formatione, 2. fideli authorum *repetitio*
recordatione, 3. continuis *colloquiis*, 4.
lectione alicujus libri, in quo tota *Latina*
gua continetur, qualis est *Joh. Ames. Co*
(*Atlantis* illius scholasticæ eruditionis)
nua Languarum: sic enim pueri ex propriæ
moriæ supellectili sint sibi *Lexici* vice. P
quam pueri hunc librum semel percurren
in memoriâ contineatur repetendo inter
opera quæ repetuntur secundum schola
consuetudinem ante *Natalitiorum*, *Pasch*
Pentecostes, &c. festa.

24. *Primus* sapientiæ gradus est falsa in
ligere, secundus vera cognoscere. Magi
rum itaque interest, primò ab erroribus d
nere, dein ad veritatem ducere. In hunc fi
summâ cum curâ corrigantur exercitia, 1. f
delendo. 2. inutilia *amputando*. 3. utilia i
rendo, & politiores expressiones ubi de
literis *mandando*. 4. *quærendo* à singulis pu
quis meliorem socio suo potest dictare e
pressionem. 5. incongrua in ordinem *redig*
do. 6. *Monstrando* exemplaria suo labore co
fecta, vel ex bono authore collecta. Quotq
Præceptor potest suæ inventionis specim
na pueris ostendat, & imitationis & inci
'tionis causâ, quicquid à discipulis volu
'fieri Præceptores, id ipsi faciendo (inq
'prudentissimus rei literariæ mysta) co
'mo

monstrent viam. Naturalissimum est quemque duci suo dicere: valet i præ, sequar; facile est præeuntem sequi, protrudi autem sine prædesignatâ semitâ, durum. Quippe in exercitiis à Præceptore commonstratis conspicient pueri propriorum laborum defectus (ut supra monui) accendantur etiam, ut *Themistocles Miltiadis* gloriâ, ad altiora spirare; ex quotidianâ etiam in hoc theatro exercitatione generatur universa materiæ Idæa, ad omnes occasiones accommodanda; *Occasiones* dixi; non enim statis solum qualibet septimanâ exercitiis, ut plerunque solet, occupandi sunt adolescentes, sed sumendæ sunt declamãdi anfæ, & carmina componendi (gemellorum enim instar mutuò coeunt hæc exercitia) ex omnibus quæ occurrunt observata dignis; & si non occurrant, fingendæ sunt. e.g. De inauguratione Principum; de obitu vel annuo introitu Magistratuum, fame, diluviis, cometis, pestibus, præliis, connubiis heroum & heroinarum, Diebus festis solennioribus, de laudibus Virorum vel literis vel militia illustribus, vituperio sceleſtorum; nec non de Thematis complexis, e.g. An liceat peregrinari? An vita urbana sit rusticæ præferenda? An ludi scenici sint liciti? aliisq; hujusmodi vel per prosopopœan causas faciliores pueri suscipiant, ut *suadæ* suam causam dicentis, contra *Barbaros*; *Irenes* adversus *Enyo*, *Nemeseos* contra sceleſtè viventes.

25. *Pensum* tenuitate nostrâ non indignum foret, cum *Phocione* orationem amputare; attamen quia Magistrorum mores & gestus eximiæ institutioni plurimum conferunt, & sunt

quasi

quasi discipulis leges loquentes, has regu
proponere non inutile erit. *Animi integri, n*
vitiosorum morum est institutio.

1. Quoscunque literis & virtute promove
velis, seriò precare, ut promoveantur. 8.

2. E schola te subducas, quotiescunque i
dignatio & ira nimium ebulliunt, *precibus*, vel *lectioni*, vel *meditati*
vaces.

3. Te divertas ad aliud extremum, si sis
iram proclivis, viz. lenitatem; utar 9.
aliâ pœnâ quam verberum, qualis est *stricti*
tio cum socii ludunt, exercitiorum
auctio, amissio loci. &c.

4. In aliis affectibus tibi etiam imperes,
iræ imperabis; contumeliosa verba evi
tes, acerbant non corrigunt.

5. Voto humili & genibus flexis facto, n
obstringas, pœnam tibi imponas si sæ
pius in eundem errorem impingas, ne
defendantur errores tui, sed piè confiten
re, sedulò corrigas. *Languent affectus*
deprimas, insolescunt si indulgeas.

6. Infligenda est pœna non ut iræ tuæ satis
facias, sed ut peccantem emendes. Exami
na igitur ante pœnam, nec separetur pœ
na ab institutione, idque cum ira defer
buit, multum authoritatis ab ea pœna
conciliatur, quæ moderatè & post ali
quam moram infligitur.

7. Infirmos patienter tolleres, ne sis clamo
sus nec jocis nimium deditus (præsertim
si cum illis rem habeas qui aliquo corpo
ris aut mentis defectu laborant) eandem
culpam ne nimium inculces, attamen
non

non inutile est pueros observare te posse aliquando veteres culpas in mentem revocare.

8. Hortare, remunera, quotiescunque occasio subservit, variis ingeniis vario modo te applices; omnes quæ occurrunt occasiones arripias, è quibus bonos mores informes; cibo potuq; ne tibi indulgeas, sunt enim enormium affectuum fomenta.

9. Meditare de Dei præsentiâ & in te patientiâ, cujus vicem geris, te tanquam in theatro positum esse, ut ab omnibus conspiciare, ut omnibus moderationis, pietatis, prudentiæ sis exemplo. In mente etiam tuâ revolvas lugubres iracundiæ effectus in te & aliis, eorum debilitates, quorum curam suscepisti, quantum authoritatis temerariis & absurdis tuis gestibus amittitur; Monita amicorum, inimicorum querelas, impedimenta profectus, exempla tam mansuetudinis, quàm furoris ante oculos ponas.

10. Ne nimium absis à scholâ, sed sit tua præsentia perpetuus monitor. Ne sis nimis facilis aut frequens in veniâ ludendi concedendâ, lusu enim lusûs desiderium accenditur, non restringuitur. Sunt generales leges in omni scholâ observandæ de obsequio, affabilitate, pulchrâ exercitiorum scriptione, de tempestiva scholæ frequentatione, de jurgiis & clamoribus evitandis, de cura in exigenda ratione eorum, quæ docentur, de ordine conservando, & hæc omnia fideliter, imò

& severè, exigi debent, si quis vel sch
lam constituet, vel constitutam conse
vabit. Quis verò docendi peritus h
ignorat?

26. *Aliud* est Oratoriæ, aliud *Græcæ* ling
studium, & Authorum *Latinorum* usum sco
noster præcipuè assecutus est. Ast, quia sin
cum Oratoriæ tyrocinio plerunq; Græcæ l
guæ fundamenta ponuntur, & quoniam h
lingua non minori eloquentiæ laude tri
phat, quàm *Latina*, nec minorem tyroni
confert opellam, operæ pretium existima
paucula monita de *Græcæ* linguæ studio
scentibus proponere. Frustra ei *Romanæ* p
cent literæ, qui *Græcas* fastidit; quidquid l
mani posteris tradiderunt rivi sunt, Gr
fontes recluserunt; his purissimas Artiu
Facundiæ, Historiæ venas debemus. Q
enim facundiæ gemmulæ *Demosthenem* ad
nant? Quot præclari ingenii specimina
nophontem & *Thucididen* illustrant? Q
posterorum observatione digna in *Herod
Dione*, *Pausaniâ*, *Plutarcho* relucent? Quot
niq; nervosi & sublimis ingenii afflatus,
Pindaro, *Sophocle*, *Euripide*, nec non in Po
tarum illo *Coryphæo*, cui non sine injuriâ
Cæcitate nomen inditum, qui à *duarum mu
rum* moribus, eximiè inter se diversis, duor
celebrium operum materiam contexuit. Tac
Platonem, *Aristotelem*, alioſque naturæ cla
geros, quorum divinâ sedulitate totius ph
losophiæ mysteria expanduntur. Hisce ca
ginem sæpius inducunt interpretes, & int
mum sensum aut venustate spoliant aut ver
tate. *Spernant* faces ingenui juvenes, sole fr
antu

antur, & simul cum progressu in *Oratoriâ* & *Poesi*, ad perfectionem in *Græcâ* linguâ aspirent; & in progressu his, si placeat, utantur regulis.

1. Concordantiam linguæ *Latinæ* & *Græcæ* observent, in syllabarum pronunciatione, etymologiâ, syntaxi, ut & discrepantiam.
2. Voces Latinas à Græcis ortas observent, multum lucis enim discenti afferent.
3. Observent derivativas *voces* sensum primitivorum dirigere, & vice-versâ; idem etiam non rarò evenit inter voces simplices & compositas, observent etiam præpositionum varias adsignificationes in vocum compositione, de quibus vid. *M. J. Rhenium* in Grammat. majore.
4. In *nomine* & *verbo* maxima sita est *Grammatices* difficultas, horum itaque perfectio secundum omnia *Etymologiæ* accidentia præcipuè indaganda est. Ideoque, quod ad *nomen* attinet, in omnium *declinationum* paradigmatis, adeo exactè pueri exerceantur, ut uniuscujusque *terminationes* peritissimè calleant: Quod verò ad *verbum*, uniuscujusque *temporis*, *personæque* terminationes, *Modorum* signa, nec non in omnibus vocibus *temporum cognominum* concordantias, & discrepantias calleant; deniq; *nominum contractorum* à simplicibus dependentiam, *casus* qui in omni declinatione, contrahuntur vel non contrahuntur, modus contractionis & ratio; ita & verborum contractorum & verborum in *μι* dependentiam à

bary-

barytonis, & discrepantiam ab illis, quæ singulare utrumq; sibi vendicat, & postea fideli Authorum *examinatione* in memoriâ retineantur.

5. In progressu ad perfectionem *nominis* & *verbi* scriptio est maximè necessaria. 1. Scribantur exempla uniuscujusque *declinationis* & temporis donec omnes terminationes exactè comprehendantur. 2. In primo Authore revolvendo scribantur omnium nominum & verborum quæ occurrunt flexiones, formationes, compositiones, derivationes; hinc enim tolluntur *Orthographiæ* vitia, minuuntur difficultates, confirmatur memoria.

6. Ea præcepta fidelissimè memoriæ mandentur, & in hunc finem chartis, quæ quotidiano usui inserviunt, ut hæc inculcentur arripiatur omnis occasio, reliqua missa fiant.

7. Sit Authorum bonorum authoritas regularum vice, & in *Etymologiâ* & *syntaxi* ex eorum itaque exemplis eæ regulæ eliciantur, quæ vel in *Latinis* non occurrunt, vel in Grammaticis passim adhibitis non inveniuntur.

8. In syntacticâ expositione sit *Etymologiæ* & sensus præcipuum fundamentum; in omni enim incongruâ expositione, vim inferimus etymologiæ, aut syntaxi, aut sensui, aut omnibus.

9. Voces sono congruæ & significatione discrepantes notatu dignæ sunt, & viceversâ.

10. Ita ordinetur *Grammatices* repetitio quo-

quotidiana, ut omnes ejus partes quotidiano usui inservientes à capite ad calcem (semel saltem in mense) repetantur, idq; non solum memoriter repetendo, quod puerile nimis, sed & omnes Regulas exemplis prolatis confirmando. Quotidie repetantur nominis & verbi aliqua paradigmata. viz. die *Lunæ* verbum activum, die *Martis* passivum, die *Mercurii* medium, *Jovis* contractæ, &c. Semperque mutuis quæstionibus Pueri ex adverso stantes digladientur.

11. Repetantur lectiones duæ vel tres veteres quotidiè, antequam novæ sumantur; *errores* qui occurrunt libro chartaceo mandentur, ut quotiescunque magistro visum est, revideantur; hoc enim ad futuros errores cavendos, tam in *Græcâ*, quàm *Latinâ* linguâ utilissimum.

12. Extemporaneâ examinatione pueri indies inter se utantur, in prælectionibus coram magistro recensendis.

13. Duplex versio in Græcâ linguâ æque utilis ac in Latinâ; *quodcunque enim dicitur de Usu Authoris* in unâ linguâ inserviat alteri.

14. Spirituum & accentuum aliqua præcognita ex linguâ *Latinâ* petantur; reliqua quæ de iis scitu digna sunt, ex observatione inter legendum petantur.

15. Post aliquam peritiam in communi idiomate, & post quam in Poëtis Græcis pueri initium fecerunt, aliquando cum nominibus & verbis repetantur Dialecti.

16. Qui-

16. Quicunque, ſummo cum compendi
ad *Græcæ* linguæ cognitionem perve
ret, eligat, in primo introitu, aliqu
librum, in quo copioſiſſimè linguæ *Gr*
cæ theſaurus continetur. Quis enim (
Melſureri verbis utar) compendio
totius terræ animalia quàm in *Na*
arcâ luſtrare potuit? Multi ſanè labo
opus eſſet, omnia per totum orbem
rarum indagare; ita & voçabula, per
numera authorum volumina diſquire
longè moleſtius foret; quam in un
volumine congeſta reperire: In h
itaque finem eligatur *Lubini* clavis,
potius *Ant. de Laubegeois* breviari
Græcæ linguæ.

Ex his præcognitis præcepta de praxi elicium

Præcepta.

§. 1. *Perfectio unius operis gradus eſt alter*
adeo ut nunquam deſinat diſce
curſus, dum quidquam reſtat, quod ignoram
rudimentis enim *Grammatices*, & ſtyli f
damentis prudenter poſitis, ad praxin perg
dum eſt; & ad ea ſubſidia quæ ex Uſu Auth
ris eruuntur: Hîc verò notandum eſt, infer
ra exercitia non adhuc penitus relinquen
eſſe, ſed aliquando intermiſcenda. *Prima*,
hoc progreſſu, *cura* conſtat in delectu Auth
ris. *Colloquia*, ut monui, ſunt hujus ſtructu
fundamenta: ad *Colloquia* itaque formand
pro lubitu præceptoris eligantur *Eraſmu*

vel *Pontanus*, *Joh. Lud. Vives*, *Terentius*; in horum imitationem discant pueri *Colloquia* formare, primò scribendo, dein sermones inter se conserendo; scriptio enim *colloquiorum* longius considerandi tempus tenellis ingeniis præbet, mutua verò eorum exercitatio & loquendi peritiam generat, & audaciam. Non alio quidem modo, medela inveniatur grassanti ei morbo, qui pleráſque scholas invasit, *Latinæ* locutionis neglectui: Utinam vel mea vota, vel communes mortalium querelæ valerent, apud docendi peritos, ad extirpandas noxias barbariei herbas, scholarum fælicitatem pessundaturas.

2. Pro *Epistolis* eligantur selectæ quædam, ex *Tullii* ad *Atticum*, vel ex familiaribus, *epistolæ*: *Ciceronianam* puritatem veneror, cui enim hæc displicet, huic violæ rosæq; sordent; attamen prolixitas puerili ingenio rarò convenit, materia etiam à puerorum captu aliena est; sæpissimè enim res privatas aut forenses tractans, ab iis solùm intelligitur, qui in hujusmodi rebus versantur. De multis aliorum *Epistolis* eadem agenda est censura, si sine delectu legantur: si vero *Tullius* non placet, eligatur *Plinius*, *Politianus*, *Textor*, è quibus decerpantur *Epistolæ* succi plenissimæ, & tenello captui conformes. Aberras aliter à præcipuo scopo; ubicunque enim materia tractata discentis ingenio haud consentanea est, perit institutio, & puer tanquam inter salebras irretitus non procedit.

3. Pro stylo *Historico*, qui ab *epistolari* non longè discedit, legatur *L. Florus*, *Sallustius*, *Livius*, *Historiæ* triarii; horum enim grata perspi-

perspicuitas, nervosa brevitas, nativa pu
omnibus arridet, & ex hisce discant pueri
rum narrationes contexere.

4. Pro stylo *Oratorio*, *Livianæ* & *Sall*
næ orationes eligantur, à *Brunhardo Gu*
collectæ: sunt enim breves plerunque
imitationis tyrocinio non incongruæ;
cuiquam magis placet, *Tullii* orationes,
Archiâ, contra *Catilinam*, *Philippicæ*; ali
non paucæ superant adolescentium capt
his addatur *Quintil.* inst. aut declam. e
comprobo lectionem continuam, & no
ruptam; hæc est enim prima illa, in re
toriâ, operatio: quæ rerum diversitat
strahitur; attamen quicunque studet me
adolescentis ad styli perfectionem erigere
bet etiam ex *Tacito*, *Lipsio*, *Puteano*, *Bar*
Stradâ, *Baudio*, *Cerdâ*, *Vernubeio*, *Fortis*
Nigronio, *Turnero*, *Malsossio*, *Heinsio*, *Senecâ*,
nibusque aliis, tam antiquis, quàm rece
ribus, medullâ *Latinitatis* affluentibus,
ctiores discursus excerpere, pueriseque r
vendos proponere. Huic operi verò utili
inserviret *Index Oratorius* similis poëtici
us, quem vir in omni eruditionis genere a
dè versatus, & de totâ re literariâ optimè
ritus, Mr *Tho. Farnabius* prudenter con
navit.

§. 2. Authore jam selecto, usus sequitur, estq; { *Ethicus.* *Criticus.* *Grammati* *Oratorius.*

1. *Ethi*

1. *Ethicus* ad mores pueriles aptari debet, ut piè, sobriéque instituantur. Bene *vivere* ad omnes, bene *dicere* ad paucos pertinet. Summamque ei ætati debemus reverentiam, cujus pibulæ aures citius mala admittunt, quàm proscribunt. Evitentur itaque omnia in authoribus impietatis, lasciviæ, superbiæ fomenta; ex quibus dum ingenium ditamus, mentem inficimus: Nulla enim scelera audaciùs patrantur à juvenibus, quam quæ *Authoris* privilegio muniuntur: Hujuscemodi itaque discursus puerorum usui adaptentur, ex quibus discant, quanti *pietas* & *modestia* apud *Christianos* esse debent, dum tanti habentur apud fidei *Orthodoxæ* ignaros: *Maximum juventutis decus innocentia.* Multis quidem pietas dedecori, virtus ignominiæ est, inter quos scelerata hæc opinio ad inferos meritò damnanda hodiè valuit, *eruditionem non posse cum pietate consistere*; quæ Dei *bonitas* clementer conjunxit, hominum *impietas* (ne proprio ore se condemnarent) scelerate separavit.

2. *Criticus* constat in expromendis *Antiquitatis* thesauris: Nemo enim verè doctus, qui vetustatis mysteria non disquirit, qui literarum monumenta non adorat. Vid. plura in observationibus.

3. *Grammaticus* est duplex, 1. qui in examinatione *Grammaticali* constat, cui soli etsi non sit insistendum; sic enim, *Caligula* instar, ad exuvias *Oceani* colligendas exercitum præparantis, potius spernendos susciperemus labores quam laudandos; attamen à minutiis grammaticalibus non omnino abstinendum, quia cum fluxis memoriis & in utilissima-

rum rerum retentione parum solicitis habemus. *Minima ab eis non spernenda sunt, ad maxima pervenirent.* 2. qui partim con in eruendis elegantiis syntacticis, & in ex ptione clausularum & expressionum poli rum qui in authore occurrunt, è quibus di mina extemporaria formentur, partim, *variatione phrasεωn*, exercitio quidem non utili: e. g. **I pray for your health**, pro salute in prece totus sum——fundo prec ——tollo ad sydera palmas——solennia m vota,——tuam salutem ore precor, cord flagito,——impensè rogo,&c. denique, tim in effingendis discursibus politioribu *phrasibus* & *expressionibus* authoris in u collectis, in linguâ vernaculâ, ut cum sum curâ *Latinè* donentur. Hoc modo enim assurgit tyronum stylus, & ad *Authoris* um conformatur.

4. *Oratorius* constat in
1. *Versione.*
2. *Observatione.*
3. *Imitatione.*
4. *Variatione & Paraphrasi.*
5. *Allusione & Applicatione.*
6. *Compendio & Amplificatione.*
7. *Paralleliſmo & Analysi.*

Hos omnes modos proponimus, etsi vix eandem lectionem occurrunt. Nullus eorum est, qui in quotidiano progressu lescentium commodo non inserviant: enim varietate seligat præceptor, quæ utili ma deprehendit, adeo ut videant etiam li entes lectionem *Authoris* non in sterili

m & elumbi examinatione, tritâque expo-
ione, consistere, sed etiam in rebus longè
ajoris momenti: *Illaqueat non docet, qui dis-
tis intellectui non consulit.*

1. *De Versione.*

1 Omnes *Authorum versiones* scriptis man-
ntur, si omninò conducant vel ad mentis in-
rmationem, vel ingenii decorem.

2. Sint *versiones* viriles & *Academicæ*, politæ,
perspicuæ, potiùs authoris sensum expri-
ntes, quàm verba; non præfractæ & pueri-
; has enim etsi *Grammatices* tyronibus in-
geamus, attamen adultioribus ingeniis
t indecoræ: Sensus verò *Grammaticus*, &
bo tenus expressus in margine notetur. Ad
limitatem versionis pertingendam, per vi-
quisque *auditorum* incitetur, quam politis-
am potest proferre uniuscujusque clausulæ
ositionem, astante magistro; sensus verò
i magistro maximè arriserit in versione ad-
catur, in libroque chartaceo pulchrè exare-
, ut futuris usibus inserviat; expeditè enim
jusmodi *versiones* conducunt tam vernaculæ
itationi, quàm geminæ *versioni*.

3. *Versio* gemina est maximè necessaria: in-
ntionem enim, compositionem, memori-
n non mediocriter sublevat; sic eruditorum
mprobavit experientia. Quippe geminæ ver-
nis usu, eruditissimus ille *Aschamus* sere-
ssimam Principem *Elizabetham Angliæ* Re-
nam & sequioris sexus miraculum, ad exi-
iam tam in *Græcis*, quàm *Latinis* literis
ritiam perduxit; nec sequentis hujus sæculi

conatus in hâc re prorsus inanes extitere
stor unum integritate, literis, industriâ
simum Magistrum *Hezechiam Woodward*,
labores & in hoc, & in toto bonæ erudi
stadio claruerunt, & ut spero, magis int
steros clarebunt; quorsum verò meæ la
quasi publicus quidam *pater*, commune
dam generi humano reliquit *patrim*
quod tam senilis prudentiæ ditabit thes
quàm juvenilis ingenii; & (me tacente,
præstantiam enarrabit: Nec antiqua
me silentio præterire patientur, *D. Joh.*
magistrum meum dignissimum, qui ha
citatione tyronum labores non medio
promovit.

4. Suggerunt *versiones* perfectissima
ctationis methodum, in quâ non min
prudentis scriptoris elogium. vid. *Cicer.*
lib. 3. & *Famian. Strad.* Prolusion. orat.
igiturq; in authore vertendo, nulla omi
puncta: Sunt enim quasi sermonum s
mitesque, quos si negligas, bene ordina
cursus nativo decore spolias, & perversa
pretationis injuriæ exponis.

5. In *versione* cujusque linguæ nati
prietas exactè curanda est, ex *idiomatu*
lectu oritur confusio, & suavitas peri
generosus equus reddi debet, a horse of
mettall, potiùs quàm a generous hors
expressio nimium lucernam redolet.

6. Parent sibi tyrones, tam in Græcâ
in Latinâ linguâ libros sine *versione* an
huic enim confisi sæpissimè ingenii exer
negligunt: attamen ad proprietatem ver
feliciùs expiscandam, magister penes se

liquos libros Anglicè donatos, qualis *Sandvidii, Vicarsii Virgilii* versio, &c. Etsi enim peritorum est sine cortice natare, attamen non impediet suffultura amici manus.

7. Præceptis de *versione* hoc monitum de *repetitione* addam, Non sufficere *repetitionem*, semel qualibet septimanâ factam ad impressionem fidelem celebriorum discursuum, sed tertiâ vel quartâ vice, debent in hunc finem repeti. Nec (me judice) satis est, versiones semel literis mandare; quò enim frequentiùs, eò firmiùs menti imprimuntur.

2. *De Observatione.*

1. *Voces* simplices selectissimas, & rem significatam appositè exprimentes notatu dignas censemus; nec non politissimas voces complexas: quippè nullibi puerorum usui aptiores occurrunt expressiones, quàm in purissimis *Latinitatis* fontibus. Probata erat viri juventutis instituendæ peritissimi (& cujus memoriam non sine lachrymis refricare possum) *Domini Guilielmi Brookii* Μαχαίτης, consuetudo, communes omnes expressiones usum clausulæ indigitantes pueris notandas proponere; *verbum* viz. cum suo modo regiminis, *adjectivum* cum verbo *substantivo*. e. g. *futurus eloquentissimus edidit aliquando vagitum, & loqui primùm incertâ voce tentavit, & hæsit circa formas literarum:* hîc, *edere vagitum, —loqui —tentare—hærere circa*, dant usum clausularum: ita etiam in hâc sententiâ, *qui sunt memoriâ, sunt etiam ingenio pollentes, pollens memoriâ, pollens ingenio.* Et ut non infœcunda sit

hæc obſervatio, quantùm fieri poteſt, ne hibeant pueri vel vocem, vel phraſin, non meminerint ſe in aliquo *Authore* me venæ inveniſſe. *Spuriæ* verò habendæ ſu voces, quarum nulla in linguæ *Latinæ* a bus veſtigia deprehenduntur. Proruunt fine hac accuratâ obſervatione tyrones i petuam barbariei aleam. Quorſum verò thorum lectio inter juniores ſine hoc Norunt eruditi quantum turbida illa *A na* verborum inſolentia viris emunctæ placuit, in quo plus proprii genii, quam qui decoris enituit.

2. Obnoxiæ ſunt puerorum linguæ freq ti errorum periculo; hi verò ſunt in prz tollendi, in futurum cavendi; errores i occurrentes (præſertim ſi cujus momenti in *Orthographiâ*, *Etymologiâ*, *Syntaxi*, aut *ſodiâ*, in libro chartàceo ſunt notandi, pro libet claſſe in hunc finem deſtinato, ut ſu cautioni inſerviant, e.g. ſi quis aberret in mine hujus vocis *utor*, aut flexione vocis *ſes*, &c. chartis mandentur hæ voces, & q es præceptori placet, reviſantur.

3. Quia *perſonarum* cognitio, *locorumqu* ſcriptiones, res geſtas intellectui reddam tiores, velim ex omnibus nominibus priis *Perſonarum*, locorum, aut aliarum re anſam à magiſtris arripi inculcandi hiſtor conſuetudines, mores, *Romanorum*, *Græco* aut *aliarum gentium*, ita & topographia leges, geſta, nec non obſervationes memo dignas, deductas à nominibus *beſtiarum*, *ar rum*, *metallorum*, *montium*, *fluviorum*, *templor feſtorum* in authore occurrentibus, &, ut ca

ptim absolvam quidquid vel authoris mentem explicet, vel pueriles animos locupletet: *non habent enim ii alios quos impertiant thesauros, qui nullas, præter libros, sortiuntur divitias.* Exemplo verò res clarior fiat: si itaque occurrant hæ voces, *Pallas, Græcia, elephas, aurum*, in voce *Pallas* explicetur *nomen*, & *Etymologia*, officia, ortus, imagines, nominum varietas, discrepantia respectu flexionis à viro cognomine filio Evandri. In voce *Græcia* ostendi possunt ejus varia nomina, nominumque rationes, gentes quas continet, & eorum mores, situs, regiones conterminæ, civitates & respublicæ in eâ florentes; denique in hac voce ostendatur hanc matrem, & nutricem extitisse vitæ civilis apud *Europæos*, artium & scientiarum auctricem, barbariei expultricem, jam verò sub ferreo *Turcarum* jugo, lugentem jacêre. In voce *Elephas* ostendatur hujus bestiæ sagacitas, usus in bello, in *hieroglyphycis*, multa quoque alia ex Pierio & Æliano observatu digniſſima de *Elephante* recitentur. In voce *aurum* ostendatur, ejus præstantia præ cæteris metallis, usus in regum coronis (ut rem *Puteanus* persequitur) ut & multa alia de ejus ortu & duratione. Hisce addantur etiam omnium rerum inter mortales celebriorum *inventores*; *authores* enim, & *occasiones* rerum inveniendarum, multum oblectationis audienti infundunt. Consule in hunc finem *Polydor. Virgil.* de invent rerum.

4. Omnia *Epitheta* congrua & florida observentur tam in oratoribus quam in poëtis, præsertim in *Virgilio* & *Senecâ Tragœdo*, hujusce-

juſcemodi ſunt, *Importuna tyrannis, pra-
ætas, Herculeus labor, Vatinianum odium, F-
grans ambitio, luxuriantes rami, protervus c-
ſuetudinis tenor, effrenis odii furor, inculta m-
rum barbaries.* Multum leporis *Epitheta* ſ-
monibus addunt, ſi nec ſint frigida nec
congrua, ut ex hoc *Corn. Taciti* cenſurâ e-
ganti patet, *ut callido ingenio erat Tiber-
ita anxio judicio, non eminentes virtutes ſe-
batur, & rurſum vitia oderat, ex optimis pe-
lum ſibi, à peſſimis dedecus publicum metu-*
Quis adeò obtuſi ingenii? qui non longè e-
gantiùs exiſtimat dixiſſe, *indomitæ & inſo-
tes Tarquinii libidines imperium regibus Ro-
nis abrogarunt*, quàm nudè & incultè, *Tarq-
nii libido reges expulit*, longè etiam pulchr-
& ornatiùs dicimus, *Publicæ & immenſæ o-
nec non immodicæ pecuniæ vires, inter civ-
diſcordias longè ſunt ferro fortiores*, quàm nu-
& ſine ornatu, *Nummus eſt ferro fortior.*

5. Omnes *tropi* & *troporum* affectiones,
præſertim potioris notæ Metaphoræ, obſ-
vantor, ita & *allegoriæ, hyperbolæ, litotes, ca-
chreſes, figuræ* dictionis, & ſententiæ, *ſyntaſ-
cæ* promulſides, vel loquelæ *flores* ornatior-
Quis enim, qui ad facundiæ nitorem aſpira-
auſit, hujuſmodi ornamenta flocci penderet
quale eſt hoc allegoricum, quod *Puteanus* i-
ſuam Q. Curtii laudem inſerüit.

Tota narratio exacta eſt, lenitate quâdam
profluens, *tanquam ripis clauſa, garrulita-
tis imbre non corrupta trahit oculos, &
gemmeo locutionis latice lectores recrea-*

Vel hoc Senecæ—*Non dat Deus beneficia? un-
ergo iſta quæ poſſides? quæ das? quæ nega-*

quæ servas? quæ rapis? unde hæc innumerabilia, oculos, aureis, & animum mulcentia? unde illa quoque luxuriam instruens copia? neque enim necessitatibus tantummodo nostris provisum: usque in delicias amamur? tot arbusta non uno modo frugifera, tot herbæ salutares, tot varietates ciborum per totum annum digestæ, ut inerti quoque fortuita terræ alimenta præberent. &c.

6. Omnes melioris notæ *phrases* observatione dignas judicamus, quæ in libro chartaceo, ordine methodico, disponendæ sunt; illas verò præsertim tyrones eligant, in quibus *Suadæ* gloria maximè refulget; per *phrases* intelligo *idiomaticas* illas loquendi formulas, uni linguæ, gentique ferè proprias: earum etiam usus in dictaminibus subitaneis inculcandus est, ut supra monui; adeò ut pueri idonei fiant eas ad quemcunque usum applicare, sine cæspitatione: facilitas verò adhibenda *phraseos* oritur ex resolutione ejus in simplicem sensum, priore regiminis formâ servatâ, e. g. *Habemus in votis vestram fælicitatem*, We desire your good successe, — *Cicero Appium de filiolæ obitu certiorem fecit*, Cicero certified Appius of his daughters death. *Imperator legatos summo honore prosecutus est*, the generall entertained the embassadors nobly. sic resolvas. I have your happinesse in my desires, Cicero made Appius more certaine of the death of his daughter: the generall did prosecute the embassadors with exceeding great honor: hoc observato, æquâ facilitate elegantissimæ phrases applicentur, quâ communes

munes & familiares expressiones. Ita ut I
mani Athenas quondam *Romam*, sic nos *Rom*
in *Britanniam* transferamus, simul cum toi
illius linguæ floridâ opulentiâ, quæ Regi
leges imposuit, mundoque timorem incussi
imperatrix herclè linguarum in nostram
getur ditionem, nostroque usui subdet
quippè *Vejos habitante Camillo*, *illic Roma*
& quicunque *Romanæ* facundiæ assecutus
decorem, præcipuo sanctissimoque *Rom*
civis non destituitur privilegio.

7. Nec oscitanter præterire oportet *adag*
sed eorum usus, occasiones, & parallela in a
linguis, ostendantur, e.g. *Gygis* annulum h
bet; hic pueris ostende causam illius Pro
bii ex Tull. Offi. li. 3. vel ex Plat. πολιτικῶ
ita & usum, qui ex Tullii loco citato petat
denique parallelum Anglicum, viz. he play
least in sight. Et in hunc finem non inu
erit aliquando, si magister horam succisiv
consumat in *Adagiis Erasmi* explican
Nec, me judice, omittere licet *descriptio*
definitiones, *sententias* nervosas, *argumenta*
confutandi, *confirmandi*, *amplificandi*, *con*
hendi formulas, *periphrases*, *similitudine*, *l*
gressiones, *synonymata*, quorum discrepa
ostendenda est, e. g. in hoc trito Ov
versu,

—*tune es quæsita per omnes*
Nata mihi terras? tu non inventa reperta?

Observetur discrepantia inter *invenir*
quod labore, & *reperire*, quod casu: ita obse
vemus differentiam inter *memoriam* & *rem*
niscentiam,

niſcentiam, *donum* & *munus*. Porrò derivativæ voces obſerventur, tam à *Latino*, quàm peregrino fonte. e. g. Lat. *uro* ab Hebr. אור. Lat. *balſamum* ab Hebr. בעל שמן princeps olei. Lat. *pario* ab Hebr. פרה fructum facere. vide verò plura in Viri doctiſſimi Magiſtri *Thomæ Haine* diſſertatione de linguis. Hinc ſæpiſſime expelluntur tenebræ, quibus Authorum mentes obſcurantur: ut patet ex interpretatione verſûs iſtius Mart. lib. 11. ep. 95.

Non credo: jura, Verpe, per Anchialum.

i. e. jura ופרע חי עולם, *Deus æternus ulciſcatur*, Poeta enim alloquitur Judæum, cui ſolennis erat hæc jurandi formula. vid. *Farnab.* in Locum.

8. Exhibent facundi authores quamplurimas celebres *tranſitionis* ſive *inductionis* formulas, ex quibus oritur eximiæ ſermonis incipiendi, connectendi, concludendi facilitas & peritia; his verò omiſſis frigidè procedit totus diſcurſus, & plerunque in initio ſquallet, in medio dehiſcit, in fine languet: ſummâ itaque cum curâ colligantur, ſi huic malo remedium invenires; *Clarkius*, *Farnabius*, aliique tam ingenio, quàm induſtriâ pollentes, huic operi manum admoverunt, nec ab inſtituto noſtro alienum eſt (quoniam eos plerunque inſtituimus, qui nec hujuſmodi formulas collegerunt, nec quidem colligendi viam comprehendunt) pauculas etiam *formulas* tranſeundi, quaſi auctarii loco diſcentibus porrigere, ut paulatim & juvenilem acuamus induſtriam, & qualecunque auxilium tyronibus præſtemus.

Anne-

Anne exordiri placet, vel captare benevolentiam? præsto sunt hujusmodi formulæ.

Exordiendi.

1. Frustra *Cœli* (illustrissime præses) nisi *stellæ* sint; frustra *urbes*, nisi & *viri*. Vastram ego quoties ad memoriam vocem reperisse in terris *stellas* videor, aut cernere *viros* cœlo oriundos. Quæ lumina quæ decora!

Non peccavi in virtutem tuam (serenissime) dum terrarum scelus ultus sum: ——— Nec tu pollues *civilitatem* famæ tuæ, quæ te virum & regem ab inassueti candoris fortitudine celebrat, si amas [*Argeniden*]

2. Quia humanitatis tuæ *genium* sæpius in sermonibus meis facilem expertus sum familiaris esse incipio, & eloquor—

Si quantum in me *animi*, tantum *virium* esset (ingenui auditores) nihil facundissimis literarum mystis cederet sed———

3. Commendo vobis veritatem (auditores) quam hominum malitia, nescio quâ jurîâ, multavit exilio.

Prodite sultis (juvenes) & in gratiam pietatis (*nequitiæ*) miraculum mentes oculosque configite, quippe—

4. Quorsum orationem quæritis? (*Academici*) anne luctus didicit adblandiri artibus?———

5. Aneeps mihi animus (viri pietate, purâ, prudentiâ inclyti) an *Timanthem* liceat agere, an *Apellem*, an solenne hujus

diei tractaturus mysterium, celando concipiendum relinquerem, an narrando judicandum.

6. Nescio quonam mortalium fato factum sit, (viri mente, votis, studiis liberrimi) quod importunâ quâdam cœcitate, tam faciles sint ad judicandum.

7. Quisque suarum calamitatum nimis sedulus enarrator (heroes, mansuetudine, pietate, clementiâ conspicui) attamen cuique constat, quanta sit nostri doloris causa.

8. Quàm nugax hæc nostra est ætas? quàm puerilis? quàm ludibunda? & tu (*Leonti*) quid quæris? ———

9. Quod omnis cogitet memoria, posteritas, loquatur [*die*] quem, cum fastis eximi non possit, atrum nobis ac funestum patriæque habendum, judico.

Qui res vestras (legatorum splendor) ab ætate omni florentissimas legerunt, sciunt neque majus apud vos deferri cuiquam posse, quam quod nobis hodie delatum est.

10. Ut verè pietatis verecundiam agnoscam (politissimæ literarum columnæ) audire in hoc loco, & hoc tempore malui modestiæ laudes [*impudentiæ vituperia*] quàm dicere, & potiùs aures, quàm linguam exercere; *imperat verò meo pudori vestra dignitas.*

11. Si lubens unquam stylum assumpserim (*selectissima Musarum proles*) nunc assumo ———

12. Quod alibi *consuetudo*, hic *pietas* solen-

ne

nc facit, (viri humaniſſimi) luctum publicum ferali pompâ inſtaurat,—

Si quis grates perſolveret, hujuſcemodi retributione compenſet.

Gratias agendi.

1. Ago tibi gratias (imperator *Auguſtiſſime*) &, ſi poſſem, etiam referrem; ſed nec fortuna deſiderat remunerandi vicem nec mea ſuggerit.

2. Miremini (*viri non purpurâ, quàm virtutibus illuſtriores*) cur nunc demum gratias agere exorſus ſum, non ſine rubore fatebor———

3. Quid magnificentius? quid gratius quid glorioſius ſperare, imò optare hoc munere potui? cujus ſi magnitudinem ſpecto, fateri cogor penè immerenti collatum eſſe; ſi promptitudinem eorum qui contulerunt, ſine moleſtiâ obtentum ſi utilitatem, arctiſſimæ meæ neceſſitati ſubvênit.

4. Sic igitur agnoſco beneficium, ne ingratus videar; & glorior quoque, ut æſtimare me oſtendam; agnoſcere enim non poſſum, niſi palam profitear, nec profiteri niſi meruiſſe videar, *Verum eſt enim, Beneficium, beneficio dignum cenſeri.*

5. Sæpè diù multúmq; mecum trutinare animo beneficia principis ſoleo, quæ incredibili ille liberalitate [*paleſtræ hujus mentis*] contulit; cætera tamen omnia mihi fulgor [*imaginis ejus*] tegere, & obſcurare penitùs videatur: Quid enim præ-

præstabilius? quid pulchrius? quid literatis aptius? quàm [*principis eruditi effigiem*] intueri.

6. Valde alienus à *Gratiis* omnibus ille videatur, (*viri amplissimi*) cui non & hæc vestra beneficia grata, & hæc ad virtutes invitatio tam amica, tam honesta—

7. Magna tua, & verè dicam inopina benignitas, quæ ex communi quadam, & generoso bene agendi proposito exurgens, omnia circumjacentia loca suaviter irrigavit.

8. Animo magis quàm verbis profiteri possum (*vir consummate*) quàm grata mihi tua comitas, [serenusque hic intuitus.]

9. Vigeat, vigeat, inquam in Anglorum pectoribus *Carolina* benignitas, & tantum æternitatis apud omnes reposcat, quantum vel vitæ nostræ suppetere valent, vel chartæ largiri.

10. Vestra in imo pectore (Consules integerrimi) revolvi beneficia, & quòd apud cœlites fieri solet, sentiendo copiosiùs, quàm loquendo.

11. Silentio quodam hæsi, & *heroicam* benignitatem tuam admiratus sum, O radii, sed improvisi, & è faventis, & sic dicam, cœli sinu.

Si objurgares, hasce habeto formulas.

Objurgandi.

1. Degeneres avorum posteri —— sordidæ ingeniorum fæces, summa virtutum dedecora —— ventris [*abdominis, gulæ*] mancipia

mancipia generis humani sordes [*pe*
illuvies.]

2. Adeste, & si usquam terrarum sitis, (*n*
tutis amasii) in hujus seculi scelera
madvertite.

3. Eloquar? non silere licet, *quam maxi*
impia est ista taciturnitas [*adulatio*]
dum sibi peccandi licentiam facit, &
audaciam addit.

4. Facinus novum & inauditum narro,
magis raritate memorabile, quàm neq
tiâ quod accidisse fertur ——

5. Vesanæ brutorum animæ, nec prudent
capaces, nec virtutis [*indolis!*]

6. Ne stylo nostro invideatis (*auditores sc*
lere immersi) sed vestris vitiis, si solem
tas hodierna formetur in satyram.

Quis vestrûm tam indomitè nequam
qui tot declamantium non fidem habe
accusationibus.

7. Antiquorum gloriam cum nostrâ infa
miâ conferenti, hæc cogitatio mihi i
mentem subiit; Etiam mortalium mor
cum mundo senescere, & quovis sæcul
in pejus ruere.

8. Satis jam satis vestræ insaniæ indulsistis
jam vos colligite, & vitarum vestrarum
censuram agite.

9. Fallor equidem (auditores) si non supre
mum ingenuitatis dedecus hic dies con
spexerit.

10. Quousque tandem (*Catilinâ*) abutêre
patientiâ nostrâ? quamdiu etiam insanus
iste tuus furor eludet? quem ad finem se
effrænata tua jactabit audacia? nihil te
[*nocturn*

[*nocturna præsidia palatii* &c.] moverunt?

11. Quàm insanæ sunt vestræ mentes? quàm fallaces? quàm infausti & vos juvenes?

12. Errant, herclè, & in summâ opinionis perversitate consenescunt, qui——

Si antecedentia consequentibus connectores, eccè formulæ.

Connectendi.

1. Satis de——jam ad cætera transeo—— loquor nunc de —— videtis juvenes—— patet—constat igitur, —sunt & alia quæ—unde plerique constituunt.—— Nolite existimare—hoc morbo laborant omnes,—hîc morbus dedit errorum [*calamitatum*] catervas.

2. Majorum non pœnitere nos decet, qui—— bone deus! quid? quæ voluptas? imò quæ utilitas? *Facilis in deteriora lapsus, nec monere incongruum*——

3. Verùm (mi Leonti) cernis quàm periculosè [*ab hortis tuis*] in mare, in scopulos, in *syrtes* devenerim? Heu qualis est [*voluptas*] *Siren?* quæ etiam in [*Floribus*] scopulos, & [*in hortis*] posuit naufragia; sed reducat me stella——

4. Ut verò paucis absolvam, — Mirabuntur profectò posteri.—— sed quia huc deventum est, —— quid verò ambagibus opus? — Interea de hâc prodigiosâ [*philosophiâ*] sententiam meam neutiquàm feram; maturioris id erit experientiæ——

5. Et

5. Et quia [*Fabium, Senecam*] nomin
non ſtylum retraham, donec— exup
mortalium fidem & conjecturam,—
6. Quid eſt iſtud portenti? — ſi verò
tanta mancipet inſania—quid? Mal
—Nonne?
7. Res verò eſt majoris momenti, quà
Quid moliemini igitur— Pulchrius
omnibus victoriis, celebrius omn
triumphis [*coercere*]——
8. Perpendiſtis ſæpiſſimè, —nec deſun
gumenta — Erigite ergo jacentes
mos,— Hoc unum paucis accipite—
9. Nihil verò familiariùs aut frequen
quàm —— æquo animo conſpicite,—
fœliciter, mihi credite, proceſſiſtis.
10. *Veſtrâ* verò & *meâ* refert (juvenes)
eſto—ſit ſanè— Nemo tamen adeò
lirus animi—Quorſum verò?—ſed o
rum diſcrimen! —Quis verò veſt
adeò inſanè nequam? & ut cætera c
tam—quid quæſo?——
11. Ea verò eſt multorum pertinacia ut
generare] malint, quàm — Quoniam
rò.— Quæ verò mentes, quibus
dentia leges dedit, perferre poſſunt?

Si hortari velles, hæ ſunt hortandi formulæ.

Hortandi.

1. Stimulorum loco laudes veſtræ ſint, (
genui juvenes) ut eas æſtimetis virtut
quas pergas igitur, &, bonis avibus, co
inſiſtas tramite quo cœpiſti— atque h
jucundiſsimus fructus, præclarum qu
dem præmium— 2. L

2. Latentes excitate indolis scintillas— vos colligite, veréq; viros præbete, viros quos posteri mirentur, præsensque sæculum veneretur. —— Experire, & si in publico eminere cupis, in publico [*disce*]-

3. Splendidius hoc omni purpurâ, solennius omni pompâ, celebrius omni decore, etiam in primâ juventutis face, —Imponis & amicorum spei, & tuæ indoli, si pergere desistas—

4. Quid igitur grave aut periculosum? quid tot tantísque votis moram injiceret?—si ulla vos vestrûm, si ulla reip. cura tangat,—Procedas igitur, & virtutis jussu, auxilióque clarescas — pudeat, pudeat, inquam, inter tot monita [*segnescere*]

5. Hoc ipsum nisi vobis persuadeam, frustrâ toties dixisse videor — scias quo fructu [*obtrectationes*] non duraturas concoquas, & quàm facilè spernere [impedimenta] possis, constantiæ *thorace* armatus,——

6. Pietatis tuæ præsidio munitus confidas, nihil molestiæ poterunt, fumum mox flamma dissipabit, dies noctem, sol nubes, invidiam gloria: *Non cessisse malis victoriæ auspicium est.*

7. Suave olim tibi erit molesta superasse, [*habuisse adversarios*] pulchrũ per tot impedimẽta crevisse, -glorioſum deniq;.—

Omnes excita vires, nunquam tam pia vota siniſter eventus excipiet.

8. In eo versamur munere, in quo [*otiari*] non debemus.—animosè agamus igitur: *Pulchrum est strenuè agere, & impedimentis nequaquam frangi.* 9. Vos

9. Vos quibus ætas *bona* est, *talem* & me
tem facite; dignos vos & majoribus
posteris reddite; virtutis, boniq; nom
nis instrumenta capessite, imò face
quâ in cursu ac certamine studiorum
ceatis, accendite.

10. Pectora languentia [*enervata, subsid*
tia] erigite, tituli & insignia vobis dec
nuntur.

11. Ergò strenuè vos gerite, cæteris sp
mina estote, in oculis omnium vos
sari cogitate,—Nos verò circumferam
oculos, (charissimi consodales) brabi
habemus, quod tot votis expetiimus,
in conspectu, hoc in oculis omnium
satur.

12. Ad priora sæcula oculos, animos, rem
quete, venerandum hunc consessum
servate, fœlices nimium, quòd tales
bis contigerunt laudatores, [*duces*] i
fœlices ampliùs, si vos eorum præsen
dignos præstiteritis.

13. Nostræ [*literæ*] sunt, & jam squall
sub iniquo [*indoctorum*] imperio;
injuriâ invadamus, quæ nostræ sun
cum laude excolamus quæ desertæ sun
jungite animos, date dextras, *Vicim*
volumus.

Si cuiquam dehortari placeat, hujusmodi sunt f
mulæ, vid. & objurgandi form.

Dehortandi.

1. Longè meliorem viam natura [*prudenti*
justitia] ostendit. — multa tibi non
cent, quæ humillimis & in angulo
centib

centibus licent; non licet tibi quidquam arbitrio tuo facere.

2. Si mentis acumen salvum habere vultis, ne moveant [*voluptatis*] blanditiæ, quæ *potenter* illaqueant, *immaniter* trucidant.

3. Nunquamne adeò odiosa hæc scelera erunt, ut justam apud vos mereantur censuram?

4. Sed ille profectò magnus humanæ mentis error est, & *Vatiniano* dignus odio.— Monstrabo etiamnum non quidem firmius remedium, sed familiarius.

5. Discito moderationem, & ne dum admones alios teipsum pessunda: sic rege animum tuum, ut & sapientibus te approbare potes, & ignaris.

6. Nihil vos pietatis decus? nihil sanctimoniæ candor? nihil bene agendi encomium movebunt?

7. Nec tu ampliùs, cum tanto famæ dispendio, à proposito recedas; desine si sapias, non deest *levibus monitis grande momentum*.

8. Te pudeat vilipendere, quod tanti facit [*venerandus prudentum consessus.*]

Oh scelus! lenocinantis fortunæ illecebris seductus, nec famæ memineris nec salutis.

9. Quid puta, *Aristides*, *Phocion*, *Fabricius* sensêre? ne longus verò *exemplis* sim, tota te condemnat *antiquitas*.

10. Deinde oro atque obsecro, ne te difficilem amicis, & intractabilem præstes. Non est enim quod ignores,—

11. Ast quorsùm tot monita? tot lachrymæ?

tot

tot preces? vel tui causâ sapias, vel p
reas.

12. Indiget hæc pertinacia vel *Suada* a
thoritate, vel *Pythagoræ* dictamine: s
ego non quem audias, sed quid audia
considerare volo.

Omnia incommoda, omnes voluptates f
turæ [*peregrinationis*] tuæ ante cognos
deinde ita naviga———

*Si petere quidquam velis, ecce formulæ. vid. etia
conciliandi benevolentiam & hortandi.*

Petendi.

1. Suadet tua clementia [vir dignissime] u
audacter petam, spreto igitur ingenito d
solito pudore, ad aras tuæ munificentiæ
supplex devolvor.

2. Vobis autem supplico, qui judices estis
assentite & juvate, si æqua profero; si in-
qua, damnate & reprehendite — Adest
igitur, animosque advortite.

3. Mea etiam *Modestia*, excusso quasi jugo,
nunc non tam *opem*, quàm *tutelam* ve
stram implorat, quæ hucusque aliis mu
nifica, mihi (ut spero) non nimis ex
aversa.

4. Est etiam quod jure quodam à modestiâ
tuâ exigam; nec à solitâ tuâ detrahet
bonitate.

5. Qui supplicum consuevit aspernari pre
ces, suam etiam didicit minuere bonita-
tem; ne cum *contumaciâ* igitur averse-
ris, quod cum *humilitate* porrigitur.

6. Video (*Patres conscripti*) omnium ve
strum

ſtrum ora atque oculos in me converſos; video vos non ſolum de veſtro, ſed de meo etiam periculo ſolicitos eſſe; eſt mihi jucunda in malis & grata in dolore, veſtra in me voluntas, ſed eam per [*deos immortales,*] quæſo deponite, atque obliti ſalutis meæ, de vobis atque liberis veſtris cogitate.

7. Si quid in me ingenii, ſi-qua dicendi exercitatio, ſi-qua exorandi facultas, valeant, valeant inquam ad impetrandum— *quod denegare vobis injuſtum, mihi grave.*

8. Tandem verò rogo, ut eruditi lectores [*auditores*] intentionis meæ memores, ſive rectè ſint expedita, quæ propoſui, ſive ſecùs, in fine me deficere non patiantur.

9. Vos verò, (Sanctiſſimi viri) quo jam ambitu? quibus liceat convenire precibus? Anne utar ambitu triſtiſſimæ calamitatis? anne memoriâ veſtræ indolis? quem hæc non moverint, nec mea movebit oratio.

10. Quàm verum eſt quidquid exclamat calamitas! nec ab infœlicibus ficti temere exeunt gemitus; credite igitur (viri mitiſſimi) & huic ploratui, quod ſoliti eſtis, ferte ſubſidium.

11. Per veſtram indolem, per patriæ ſalutem, per ſpes parentum, vos exopto (juvenes) *Quod facillimum eſt impetratu, non ſine contumaciâ negatur.*

12. Æquum quæſo judicate (judices integerrimi) & quem candorem judicandi expectatis, jam judicaturi exhibete.

Si

Si exemplum citares, hasce habeto formulas.

1. Utar magnis [*Fabiorum, Decciorum, Curiorum*] exemplis, quorum nomina & virtutes sunt æquè clara.
2. [*Cæsarem, Hannibalem, Cambysen*] cogita te, [conspicite] nemini fortuna affectior sè blandita est, quem non miserè dese
3. At verò, si exemplis standum est, antiquorum ergò sæculorum exempla conspicite, quales———
4. Quantum *Senecæ* debuit *Nero?* Quantum *Aristotcli Alexander? Instituendi merita exuperant & pupillorum grates compensationem.*
5. *Syllanas* libidines, *Marianas* furores divistis, *Sanguine emptæ victoriæ & sanguine venduntur.*

Exolevit [*Phocionis*] mansuetudo, [*Socratis*] veritas, [*Plinii*] industria.

6. Laborat annalium fides, ut [*Regulos, Camillos, Curios,*] extitisse credamus,— *priora sæcula* mētes & oculos retorque
7. Pluris *Diocletiano* requies, quàm imperium; *Scævolæ* patria, quàm vita.— Phœnix ille mundi *domitor*, hoc præcipuè ambiit, ut—
8. Quid mirum? modestia, integritas, innocentia, in [*Aristide*] opes erant; exemplum in tribunalibus describendum! oh mores usurpandi ab omnibus qui judicant: tale in *Creta Jovis* simulachrum, & quod aurito *Midæ* possit opponere.
9. Mirari indies cogor, dum mente contempla

templor haſce induſtriæ [pietatis] vires, hos literarum *candidatos*, quorum ſplendidæ virtutes ſunt æterna poſteris lumina.

10. Non [in *Archimedis* ſphærâ, aut *Ariſtotelis* Logico organo, aut Panætii jurgiis] latet virtus, ſed in mente ſui compote. Exemplis omnis facultas potens eſt, & cum ad ſalutem diriguntur, utilem publicè privatimq; fructum producunt.

11. Hæc [magni illius *Pompeii*] excitarunt conatus, —— hinc [*Fabricii*] gloria, [*Ciceronis*] decus, —— ex hoc fonte docti *Cleanthis* turba.

12. Habent hæc [*Catonis*] exempla imperatorias [dictatorias] quaſdam vires, & quæ noſtræ imperant imitationi, —— Invocant hujus ſæculi ſegnitiem veterum facinora. —— A cœleſtibus agedum te ad humana converte, videbis gentes, &c. — Quantus vir fuit ille, — Quis uſq; adeò ad veritatem conſpiciendam excæcatus eſt, ut ignominiam putet M. *Catonis* fuiſſe —

Si ſimilitudinem vel comparationem annecteres, haſce habes formulas.

1. Stellarum ritu — Belluarum more — in peregrinorum modum — ut ii qui per radios ſolares ambulant, — quod in *Labyrintho* errantibus accidere ſolet —— Solem fulgentem cernis, ſic fulge — anne viatores imitabimur qui — ſupremi artificis æmuli — cum columbinâ quâdam patientiâ — muliebres horum iras perpendimus

pendimus—*lenitate* contrà nitamur,—*quod* deus in cœlo, hoc animus in corpore, — *quemadmodum* & circa cadaver usu venit—*sicut* agricolæ — aranearum telæ sunt—*instar* lolii—*veluti* per aquam qui videt———

2. Mortuus & homicida ambulas, scelerum, & turpitudine infœlix: *Videsne* ut nuces sparguntur, ut currunt pueri & luxantur? *idem* isti qui arces diripiunt.

3. *Quasi cum* colono Deus nobiscum agit. Nonne in figuli manu est.

Nos scimus arbores *juxta* vias consitas lapidibus & fustibus peti— in convivio *si* bene deas, cibus & convivæ placent, *ita*— verò allisa est navis, quæ modico velo litora legit.

4. Oppida *vise*, & *adi*, *non effugies* tumultus, procellas *admittimus* nescio quomodo, *imbibimus* peregrinas culpas, — *qui* circa rege aut principibus in aulâ versantur, reges *ut fulmina* esse didici, dura frangere, mollibus plerunque illæsis.

5. *Didici* non amare eos, *qui* temerè *scandunt* in theologorum fines; *hi subitanei fungi* citò & cum dedecore marcescunt, etenim profectò id fit, *cum* erroris aut lapsûs *periculo*.———

Hoc cum infortunio iis evenit, *qui* non edocti fabros *imitantur per* culmina domorum aut tecta *incidunt*.

Et nihil *minus* expedit, quàm agrum nimis colere, *sic* censuerim de stylo; nimis ornas? fucus & affectatio apparet.

6. *Similis* est ipsi *aeri* vita, quam ducimus in

in probato portu vitam tuam defige.—*ita*—cymbam *adaptasti*. *Anne* aurum, *anne* gemmas virtuti *comparas?*—præstat omni divitum apparatui, summúmque præcellit principum luxum.

Si testimonium adduceres, ecce formulæ.

1. Authore *Fabio*—Pulchrè *Cicero*—*Senecæ* teste,—suasore *Varrone*—*Tacito* suffragante,—ex philosophi ore, effato, mente,—quod olim Stoicus,—Nec spernenda *Curtii* authoritas, qui suadet,—
2. Moveat, [moneat] vos *Ciceronis* consilium,—aures animosque philosophorum divinissimo adhibete,—

Haud frustra suasit, orator, — prudenter *Cato*— modestè *Livius*— Valet adhuc *Catonis* dictum.———

3. Sic sensit—quo divina verba [*senis*] referas,—Unde *Fabius*—hæc dixisse constat virum tam ætate quàm sapientiâ validum— *Eleganter etiam citari possunt authorum sententiæ sine authoris nomine.*

Si concluderes, hæ sunt formulæ.

1. Amplius incitare quenquam, ut audiat, nolo; sed prolixè cogitata, carptim abrumpam—

Si sapere tandem decrevistis, monentem audite, *Primus sanitatis gradus est velle sanari.*

2. Te verò (lingua) reprime, multum enim dicere loquacitatis, pauca nō proferre ingratitudinis.

3. Satis impetravi ab humanitate vestrâ (vi
chlamyde, infulâ, purpurâ inclytissim
quod auditus sum, nunc damnate serm
nem si res ipsa displiceat.

4. Sic finimus, & vota nostra ad vos tra
ferimus, (auditores) qui prudentiâ val
estis, ingenio solertes, ut candidè prol
candidè accipiatis, — sed plura frust
vos denique vivere & vigere jubeo.

5. Valete (*patriæ lumina & columnæ*) sup
mus rerum humanarum præses faxit,
omnia vobis publica & privata flore
in perpetuum; quo vestræ sapientiæ
prudentiæ radii, successivo lumine, ad
ram usque posteritatem se porrigant.

6. Vigeat, vigeat, precor in vestris pec
bus hujus solennitatis memoria, & t
tum æternitatis repoſcat, quantum
vitæ vestræ suppetant, vel memoriæ l
giantur.

— Ne prolixâ verborum serie vos remo
rer, dixi.

7. Hoc vera sapientia exigit, ut calami
tes animosè subeamus: *Quod coactè ig
faciendum, sponte perficiamus.*

Moribus igitur vestris tempestivè con
lite, scelerum fomenta providè declina
non est major insania, quàm nolle e
tium certum evitare.

8. Conticeant verò oratores [*facundi*
laudes, cum ipsi fato functi, conticesc
mus, audientur; & quamdiu apud [*A
glos* in pretio erit eruditio, [*pietas, virtu*
in pretio erit [*facundia*]

9. Quam maximè vestrâ refert hoc audi
n

nec ineptum me dicere — Haud aliud suadeo, quàm quod ipsi posteris suadebitis, sed quantum quisque sapiat intelligam, si [*parsimoniam*]æstimet.

10. Absit talis patientia, quæ indulget sceleribus non nisi cum reip. interitu tolerandis,—

Vestalis incendii instar splendeat, in perpetuumque reviviscat, hujus sceleris memoria; quippe hoc, apud omnia sæcula, scelera meruerunt, perenni infamiâ & dedecore in omnibus animis vigere; *Privatis indulgenter ignoscendum delictis, publicis odium perpetuum indicendum est.*

11. Cum epiphonemate non invenustè concludi potest, e. g. *geminat peccatum, quem delicti non pudet — fœlices qui tot conspexere mala, nec adhuc fæces imbiberunt. — Nullus contationi locus in eo consilio, quod non potest laudari nisi peractum: Tutissima ea pax quæ bello emitur, — splendidissima illa virtus quæ latissimè se diffundit.*

12. Pudeat igitur, pudeat inquam, vestram virtutem, quasi summæ consciam imbecillitatis, delitescere, audete aliquid supra vires; amicorum spes, hostium motus anteite, non paucos pessundedit mollis in negotiis animus — si quid tædii à prolixitate contraxistis, argumento condonate, dixi.

13. Vive (optime princeps) & fœliciter impera; te superstite miseri esse non possumus; te mortuo, vix fœlices: in te quidquid sperare [*Britanni, Belgæ*] audent, consecuti sunt.

14. Sed vereor ego, ne dum copiosè nim[illegible] [parvos] laudando, longius quam par [illegible] se provehat oratio, & in id ipsum viti[illegible] incurrat, quod contemnit, aut in ali[illegible] ignominiosum reprehendit. dixi.

Sic hasce quales, quales formulas, partim [illegible] *Tullii*, *Fabii*, *Puteani*, *Lipsii* thesauris; p[illegible] tim ex tenui nostrâ supellectili, concinna[illegible] mus; Ingenuis juvenibus liberum esto, [illegible] hisce (si tali dignentur honore) uti, vel al[illegible] earum in modum excudere, aut meliores [illegible] politissimis authoribus excerpere; sibi par[illegible] igitur juvenes librum chartaceum, cui omn[illegible] hujuscemodi formulas inserant: Hoc deni[illegible] in his nostris formulis pueri observent, i[illegible] voces, quæ diverso charactere scribuntur, po[illegible] variari. Merces exposuimus (ut videtis) quisq[illegible] liberè seligat eas quæ maximè placent.

9. Inter legendum observetur contextus [illegible] argumentum uniuscujusq; discursus, h[illegible] enim plurimum intellectum promove[illegible] & memoriam confirmat.

Ita quodcunq; observatione dignum à ma[illegible] gistro inculcatur, à pueris cautè observetur, i[illegible] prælectione dandâ, & exacta ratio iterum co[illegible] ram magistro detur, videbuntque magist[illegible] profectum uberrimè tantos labores compen[illegible] santem.

3. *De Imitatione.*

Quod genus humanum eximiis quibusdam privilegiis cæteris præstat animantibus, non *naturæ* solùm opus est, sed supremæ illius prudentiæ *fontis*, cujus caput in cœlis, fluenta in terris;

terris; si *imitationis* igitur originem petamus, videmus quo conscendendum, supremus ille artifex, qui igniculos quosdam humanæ menti indidit, quibus ferè ad omnia naturalia imitanda accenditur; fecit omnia ad *imitationis* quandam necessitatem propendêre, & in solâ *imitationis* summitate acquiescere. Hinc sæcula sæculis succedunt, & tam scientiâ, quàm virtute pollentium imagines posteris traduntur; hinc eruditi inscios præeunt, & tam civilis, quam cœlestis vitæ luminaria mortalium oculis præponuntur, ut dum ad perfectionis summitatem commonstrent viam, ad insistendum alliciant. Constat, per exempla compendiosè ad pietatem perveniri, nec aliter ad facundiam. Insunt facundis authoribus latentes thesauri, quos legentes eruant, & suæ supellectili immisceant; solent hortorum cultores extraneas plantas suis areis inserere, ut variâ collectâque copiâ partim usui consulant, partim deliciis: nec aliter illis faciendum, qui facundiæ seminariis præsunt, sententias & discursus affatim colligant; ut inter tytones affatim dispertiant. Est *imitatio* celebris illa medela, quâ omnibus inventionis morbis occurramus: paucorum quidem ea fælicitas est, ex propriæ mentis operatione (sine aliorum subsidiis (selectissimas eloquentiæ gemmulas excerpere; adolescentes ideò hortor, se ad legendos oratores inclytissimos accingere, & sicut M. *Alexandri* adulatores solebant, regis gestus, sermones, gressus imitari, ita cum authore facere, periodorum structuras, sententiarum pondus, compositionis artificium, ut attingant, studere; hinc *sacra* illa literarum si-

tis expleatur, hinc omnes mentium areolæ rigentur. Quod ipse suadeo viri eruditissimi fecerant, quorum exacta & polita *imitatio* tenuiori nostræ *imitationi* aculeus, & eodem modo nostri fluant rivuli, quo aliorum *Oceanus*. *Virgilius Homerum*, *Hesiodum Theocritum*, *Horatius Pindarum*, *Seneca Tragœdus Sophoclem*, & *Euripidem*; *Cicero Demosthenem* feliciter & graphicè imitatus est; nec tantus fluxisan ex illis quisquam extitisset, si hujusce seculi non esset usus luminibus. Nostro etiam per seculo, cujus fœlicitas fuit, ex tenebricoso deliquio literas videre revalescentes, *Nizolius*, *Osorius*, *Talæus*, *Bucklerus*, *Sturmius*, *P. Ramus* cum sexcentis aliis *Ciceronis*: *Barclaius*, *Lipsius* cum facundo suo discipulo *Puteano*, *Senecæ* Philosophi & *Taciti* vestigiis inhæserunt, nervosam succinctámque brevitatem, quàm inter veteres sunt amplexi, nostro etiam ævo ruderibus susciterunt; hoc solo modo, (& si modestiæ dispendio dicam) à tritâ & pulverulentâ semitâ *inventionis*, juvenes evadant. porrò *imitationis* subsidio, peritorum haud dissimiles pictorum, eâdem cum facilitate gratissimam venustatem delineare possint, quâ imperiti rugam aut verrucam, eâdemque promptitudine placidissimas facundiæ delicias attingant, quâ alii nævos: nec nobis difficiliùs erit suadæ medullam, quàm *imitationis* insciis, cutem pertingere. Experiendo discent tyrones quantæ sunt *imitationis* vires, si omni lectione se ad imitandum accingant. Anceps verò mihi animus, utrum tam egregium facundiæ ornatum pueris solum commendendo non summâ eum afficerem injuriâ. Est imi-

tatio

tatio summis *Theologiæ* candidatis non indigna: illorum enim interest, in *quorum ore nugæ sunt blasphemiæ*, omnia tanquàm cœlestia oracula proferre. Arescet quidem illud brachium, quod in *deum* erigitur, & perpetuo dedecore obstruetur illud os, quod postquam in *creatoris* gloriam consecratur, se contrà *creatorem* aperuit. Habent stupendam illam *SS. literarum* eloquentiam; habent Beati *Athanasii, Chrysostomi, Gregorii Nazianz. M. Basilii*, aliorumq; *Græcæ* ecclesiæ luminarium radios, per erudita eorum opera, nostro etiam seculo diffusos. Habent B. *Augustini, Ambrosii, Hieronymi* conciones, in quibus veræ pietatis cum virili facundiâ videant concentum: nimis prolixum foret recentioris hujus ævi decora recensere, in quibus si versemur nec exuccos discursus, nec inanes & malè coctos verborum tumores evomemus. Memini verò me *subsellia* adhuc non *rostra* occupare, nec meum est ultra pulverulentum meum gyrum ascendere. Attamen non penitus indecorum est, illum qui *Christi* agnellis præest, se ovium pastoribus aliquantulum immiscere, & vel tanquam *frater* vel *amicus* monere.

Facilis in errores Lipsius, difficilis regressus; mali enim instar genii quemque mortalium à cunis ad sepulchrum comitantur. Nullum corporis membrum, quod propriis quibusdam non laborat morbis, nec ulla mentis facultas, quæ non suos patitur nævos. Quis igitur expectaret *inventionem*, sublimem agilemq; illam mentis operationem erroris contactu altiorem fore? Patet aliqua esse inventionis vitia, quæ à facundiæ callentibus fuerunt observata,

 à

& à nobis sunt observanda, ne ingenua sed lorum indoles, portum dum appellit, naufragium in portu faciat.

Errores imitationis sunt (N. Causin. de eloq. lib. 3. cap. 11.)

1. Eorum qui omnes imitantur, promiscue & sine delectu, etsi non sterilitatem solùm sapiant, sed barbariem; Cæca stomachi voracitas, primò concoctioni, deinde sanitati officit; minus sincera enim alimenta sanguinem generant putidum & vitiosum: sic *authorum* styli insipidi & malè cocti sibi similem generant sobolem, easdémque dotes egregias referentem, qualis est Apuleianus, & non paucorum aliorum. Ut huic vitio occurratur, consulendum prudentes eloquentiæ artifices, & ex eorum judicio, authores maximè politos, graves, ingeniosos eligant.

2. Eorum qui uni nimis & adeò pertinaciter adhærent, ut negligant alios, tam in studiorum progressu, quàm introitu. Varios apes delibant flores, nec ex unico mella conficiunt; ex variâ etiam authorum imitatione, si à confusione prudenter caveamus, latiorem nobis adscisciemus inveniendi campum, & ex concinnâ sonorum varietate, suaviſſimum loquelæ melos conficimus. Cum suadæ palæstram primò ingredimur, unicus *Cicero* sufficit; in progressu, plures sunt necessarii. Festivum fuit illius *Ecchûs Erasmiani* responsum,

sponsum, quod ad decennalem *Meriæ* servitutem eum damnavit, qui, per decennium, ipsi *Romanæ* facundiæ dictatorem studiorum nervos [a] impendisset. Placet suavitas, & naribus consulimus, quare pensilibus uteremur Adonidis hortis? Patent ubique amplissima viridaria, in quibus serta colligamus; Ne angustum itaque annulum pueri gestent, nec in uno stadio mentis coerceant impetus; indigni sumus *copia, copiâ* si uti nesciamus. [a] ὄνε i.e. asine.

3. Eorum qui in eisdē sententiis imitandis, & in unico eodémq; inventionis cōpositionisq; curriculo nimis otiosè inhærent, Epimenidis gravi sopore correpti non dissimiles, multos annos in eadem speluncâ cōterunt, tàm aures, quàm palatum satietatem patiuntur; *oratore* igitur indignum inter delectandum fatigare. Qui terrarum situs lustrant, non in eodem vico subsistunt, sed urbium, regionum, fluviorum varietate pascunt oculos, & itineris tædium relevant; parit fastidium, redolet ignaviam, segnis illa, & nimis inculcata repetitio; consulas itaque famæ, futuræ consulas perfectioni, ingeras teipsum in variam *Oratorum* copiam, fideliter ingenium exerceas, si malles facundiam ambire & nitorem, quàm sterilitatem tibi inducere, fastidium aliis parere.

4. Eorum qui adeò imitationi inhærent, ut propriam non exercent inventionem; utuntur infirmi baculo, non ut virium abdicent usum, sed ut debilitatem suffulciant,

ciant, nec adeò adhibenda est imitatio, ut proprii ingenii vires enervet, sed confirmet: frustra addiscuntur artes, si non exerceas; frustra natura contulit vires, si non utamur: Ab agris non expectamus semina sed exigimus; minimum est quod seris, maximum quod expectas. Plus quàm natura contulit, industria spera. Nulla est eximia mortalium operatio, in quâ non est aliquid *imitationis*; attamen vel in infantiâ semper manssissent artes, vel ad maturitatem non pervenissent, si industria imitationem non coronasset.

5. Eorum qui incultè, & sine judicio imitantur, simiæ illius æmuli, quæ nutricem conspicata pusionem fasciis exutum calidâ lavantem, per fenestram irrepsit, infantémque negligenter relictum, dum nutricem imitari tentat, fervidâ abluit & suffocavit; ita *miserrimus infans ridiculosanè more seriò extinctus est.* Requiritur judicium, requiritur artificium, tàm in ornando, quàm cõponendo: ut, sicut in speculis se intuentibus accidit, tua imago omnibus *authoris* lineamentis adæquatè respondeat.

Ut verò cum laude imiteris, hæc tria sunt imitanda, { *Inventio.* *Dispositio.* *Elocutio.*

1. Non sibi germinant arbores, non sibi lucent sidera, nec sibi scaturiunt fontes,

sed *Magnæ* omnium *matris* æmula, in publicum mundi ærarium sua dona conjiciunt; ita facundiæ arbores, literarum lumina, scientiarum fontes, non sibi sed nobis benefica sunt: hinc facundiæ nitorem eruditi indigitârunt, ut constanti quodam ambitu, posteri assequerentur. Ut virorum, in omni sæculo, successio est, ita artium; & ut priora sæcula nobis lumina sunt, ita si majoribus digni simus, erimus posteris. Non puduit illos egregios *poeseos* & *oratoriæ* Mystas, quibus ultimam literæ debent perfectionem, ad priora sæcula mentes retorquere, & ab iis inventionis subsidia mutuò accipere, nec aliter nos faciamus, observemus, quas *inventionis* ansas sibi arripuerunt, quibus argumentis se explicuerunt, ut pro virili assequamur: observemus etiam, quos fontes petierunt, quos locos Topicos vel Rhetoricos adhibuerunt, ut in eosdem alveolos, nostros rivulos derivemus.

2. Non inutile est consideratu, ex quibus partibus veterum orationes constant, quomodo materiam tractandam disponunt, quomodo priora sequentibus connectant, quomodo thema suum amplificant, sic, ut inter aulicos versantibus evenit, nostram barbariem ex quotidianâ politorũ exemplarium inspectione corrigamus, ex *Demosthenis* lectione non mediocris decor petitus est, quo gloria *Ciceroniana* splendidius illuxit.

3. Per elocutionem intelligo non pronunciationem

ciationem solùm grande illud oratorum decus, quod *Herculis* illius inter *Gallos* instar, auditorum linguas suæ linguæ alligatas retinens, quocunque placet ducere valebit, & quod fœlicissimè in vivis exemplaribus cernatur, sed etiam placidum periodorum casum, & ab anfractibus immunem, qui in pronunciatione *Veneres* quasdam & delicias producit, audientium animos demulcentes, & in chartis etiam suam suavitatem non amittit. Doctos in hac re consulite, sed præsertim propriæ vocis *tenorem* & *suavitatem*, quibus potiùs acquiescatis, quàm tenuibus hisce monitis. Ita ingeniosè inveniendo, artificiosè disponendo, suavitè proferendo, gratam pueri spirabunt jucunditatem, illiusque Philomelæ haud dissimiles, quæ ad *Orphei* bustum nidulata est, dum facundiæ coryphæis, quàm proximè accedunt, vocis gratiorem suavitatem contrahent. *Ut* verò semitam magis adhuc dilucidã reddamus, utq; ad hæc tria facundiæ decora pueri faustè attineant, assequẽda est imitatio { *Generalis.* / *Specialis.* }

1. *Specialis* imitatio est particularium clausularum, & perficitur
1. excerpendo ex authore clausulas imitatione dignas.
2. verborum numerum situmque in authore considerando.
3. eodem modo clausulas nostras cum authore

thore disponendo, & eisdem orationis partibus utendo, adeò ut *nomen* loco nominis, *verbum* loco verbi, *præpositionem* vel *adverbium* loco præpositionis vel adverbii substituamus. Nec non admirationis vel interrogationis puncta adhibenda sunt, ubi eadem ab authore adhibentur.

Hoc verò postulatum in præcognitis (si meminerint) lectorum judicio reliquimus, ut considerarent an lingua vernacula facundiæ tyrocinio non commodè inserviret; ne igitur à nostris ausis excideremus, & ut nostra postulata confirmaremus, specimen quoddam vernaculæ *imitationis* proponemus, & *Pictorum* ritu illam priùs effigiem rudioribus adumbrabimus lineis, cui posteà peritiores manus admoveantur. Cum Pueri igitur ad aliquam ingenii maturitatem pervenerint, & mediocriter linguam Latinam calluerint, eligatur epistola polita, & faceta, aut oratio meliori limâ concinnata, quales apud nostrates passim reperiantur, præsertim in V. D. *Halli* Episcopi Exon. operibus: de quo, ut *B. Augustinus* de *Varrone*, Vir undique doctissimus, qui tam multa legit, ut aliquid ei scribere vacasse miremur, tam multa scripsit, ut vix quidquam legere potuisse credamus; addo, hoc enim in *Christiani* laudem efficacissimum, qui tantum temporis meditationi sacræ impendit, ut nihil aut scriptioni aut lectioni supereſſe videatur: ad puerilia opera verò, non uti li-

ceat,

ceat, tam celebri instrumento - eligant etiam *Feltami* variegata diatribe, quæ Anglicè *resolvas* nuncupavit, *Balzaci* epistolæ, *Livii* aut *Sallustii* orationes, Anglicè donatæ, & in primâ operatione, à specialioribus ad generaliora ascendamus, breviorum sententiarum structura imitentur. e.g.

1. *There is not so much misery in want, as trouble in satiety.*

Sic imitamur:

There is not so great calamity on earth as happinesse in heaven.

2. *Great favours are alwayes like golden fetters and subject the receiver to a glorious thraldome.*

Sic imitamur:

Faire words are often like sugred poysons, and allure the hearers to dangerous resolutions.

3. *A man besotted by sensuall pleasures, cannot be with-drawen by severe corrections.*

Sic imitamur:

A minde bewitched by sinfull passions will not be ordered by solid reason.

Videant juvenes hanc imitationem sic ordinatam esse, ut vox voci continuè respondeat.

2. De *generaliori imitatione* notandum est, quòd non unicæ sententiæ structura imitanda est, sed totius discursûs; Eligatur igitur huic operi nec eadem cum authore materia nec penitùs diversa, sed quæ eandem subeat compositionis formam, & similibus

milibus Rhetoricæ floribus ornetur. viz. ubi *author* de *calumniâ*, *modeſtiâ*, *juſtitiâ*, agit, forment pueri diſcurſum, de *ſuperbiâ*, *fortitudine*, *prudentiâ*: hîc etiam obſervetur argumentandi methodus ab authore adhibita, omniáque alia, quibus authoris nitor elucet. Nec proſcribimus furtum illud *Laconicum*, quo puerilis ingenii acumen apparet; Imitere, inquit *Lipſius*, non "elaboratè ſolùm, ſed & affectatè, & cu-"pidè, ſic inquam, ut color quæſitus & "fucus appareat, imò & furtum, ut pue-"ros nihil pudet, cum ſcribere diſcunt "per ſingulos literarum apices, quaſi alie-"nâ manu duci. non item hîc te, clauſu-"las, membra, & periodi cujuſdam par-"tem, cum veniâ ſæpe inſeres, & Ten-"tonem è *Tullii* purpurâ contexes, paulò poſt daturus tuam. Res aliorum familiares ſurripere inhoneſtum: Sermonum verò opulentiam, furtim ex aliorum theſauris depromere non abſurdum. Ad hæc, ubi *hortatoriam* orationem author habet, ibi in *hortatoriâ*; ubi *vituperatoriam*, ibi in *vituperatoriâ*: ubi *petitoriam*, in *petitoriâ*, puer exerceatur: ubi author *allegoriâ*, *metaphorâ*, *apoſtrophe*, &c. utitur, ut iiſdem utatur puer ſe accingat. Magiſtro etiam non abſurdum erit, (ut prius monui) his exercitiis ad incudem redactis, oſtendere exemplaria, proprio labore, ad authoris imitationem concinnata. Exemplum hoc *Salluſtianum*, & noſtram tenuioris ſtyli imitationem perpendat Lector, & re penſitatâ judicet:

Worthy

Worthy Generall,

Wee call God and man to witnesse, th
we have neither taken up arm
against our Country, nor to endan
others, but to protect our owne
dies from injury, who being forlorne and be
lesse, through the violence and cruelty of usu
and deprived most of us of our native cou
all of our good names and estates; neither w
any of us, as our ancestors have done, enjoy the b
nefit of the lawes, nor now wee are cashiered of
goods, have wee our bodies at liberty. Such h
beene the injustice of usurers and of the Pra
Oftentimes heretofore your ancestours have
their decrees mitigated the distresse of the co
mons; and of late, in our owne memories, wh
they were extremely runne into debt, by the c
sent of all good men, it was payd out of the c
mon treasury. Oftentimes the Commons the
selves, either tickled with a desire of Magistra
or being backed by the insolence of their Co
manders, have revolted from the Senate; but
crave neither Soveraignty, nor wealth, which
the grand incentives to warres and uproare, b
our liberty, which no good man will forgoe, b
with losse of life. Wee most humbly beseech yo
and the Senate, to take into your Protection
distressed Citizens, restore unto us that protect
of the lawes, which the injustice of the Pra
hath deprived us of, and bring us not into th
necessity, as to hazard our lives to revenge
blood.

Sic imitamur.

Filius fingitur se excusare.

Deare Father,

BOth men and Angels beare mee witnesse, that I never willingly entred upon any practice, either to discontent you, or offend others; this hath beene the summe of all my studies, to keepe my selfe free from fault, or censure: being I confesse young and unexperienced, I have often touched upon the verge of vice, and sometime entred the circle, yet could my faults never bee aggravated by perversenesse in ill-doing, or by resisting counsell. The slips of my youth these malitious enkorers have made so haynous, that they seeme sufficient to debarre mee, partly of lively-hood, altogether of friends and encouragement. Neither dare I, as many young men have done, cleare my selfe by a just defence; nor now I am deprived of your favour seeke for any other mediatours, but your own goodnesse, for reliefe of my misery: such is the calamity of oppressed innocency, that it hath least support, when most dejected. Therfore (deare Sir) if the voyce of innocency may bee as loud as the voyce of calumny, let mee not despaire of audience, give mee leave to hope, that a fathers bowels are as potent orators as a sonnes misery, & that while calumny would damme up the way to favour,

vour, fatherly compassion will not forget bee mercifull: hee that beares the name a father, cannot forget the teares of a chi Many times heretofore fathers have pa doned the errours of their children, a with their owne skirt covered the naka nesse of their off-spring. May, though th have fallen, gentle usage hath encoura them to amendment: Oftentimes slipp youth hath seemed to merit compassion, cause seduced by the exorbitancy of oth and by promises of wealth and honour, reswards of well-doing, hath by a kind pleasing violence beene drawne to amen ment; But I crave neither riches greatnesse, onely your favour, and the f of it, a gentle audience; by this you winne a stouter heart then mine to sub sion, and this I prize more then life berty. Restore me, I beseech you Sir, that accesse which unjust accusation debarred me off, and lay not upon me t sad necessity to grow desperate through losse of your favour.

Item P. Valerii Publicolæ ad populum Rom. Oratio.

CAn then no vertue be so sufficiently by you, as not to be undermined by spicion? Should I feare, that I the bitter adversary of Kings should undergoe the cusation of affecting a Kingdome? Should I in the very tower and Capitol, could I think I was feared by my owne Citizens? Does

good name among you hang upon so slender a pin? is my credit grounded so weakly, that it more concernes you (to looke) where then who I am? P. Valerius *his house shall not impeach your liberty, you shall have the safe possession of* Velia, *I will not only bring downe my house into the plaine ground, but will set it below the hill: that you may all dwell in a higher station, then I a suspected Citizen; let him build (his house) on* Velia, *with whom your liberty may be more safely intrusted, then with* P. Valerius.

Imitatio, ubi *Socrates* fingitur causam suam apud *Athenienses* agere.

Shall this still be the reward of vertue to be pursued by calumny? Can I, who with the purest hands, and sincerest heart have worshipped your gods, be thought a contemner of them: you know that I have beene pious to men, and how should I be impious to your gods? unlesse to bring downe Philosophy from heaven be impiety, or to elevate mens manners to a similitude of the divine Perfections be unlawfull and intolerable. Surely suspicion is the off-spring of malice, not the issue of a loving minde: you indeed envy my vertues, or feare least the same crime should bee charged upon your selves, for I know not whether is worse impiety, to say the gods are wicked, or that there are none at all: But, how can I be sacrilegious, whom the same Oracle, which you magnifie, hath vouchsafed to preferre before all the world

for

NOTE

This volum
tight binding c
effort has bee
duce the centr
result i

acat
microfor

me has a very
and while every
en made to repro-
tres. force would
in damage

ademic
forms

vour, fatherly compassion will not forget
bee mercifull: hee that beares the name
a father, cannot forget the teares of a chil
Many times heretofore fathers have pa
doned the errours of their children, a
with their owne skirt covered the naka
nesse of their off-spring. Nay, though t
have fallen, gentle usage hath encoura
them to amendment: Oftentimes slipp
youth hath seemed to merit compassion,
cause seduced by the exorbitancy of othe
and by promises of wealth and honour,
rewards of well-doing, hath by a kind
pleasing violence beene drawne to amen
ment; But I crave neither riches
greatnesse, onely your favour, and the f
of it, a gentle audience; by this you
winne a stouter heart then mine to sub
tion, and this I prize more then life
berty. Restore me, I beseech you Sir,
that accesse which unjust accusation
debarred me off, and lay not upon me
sad necessity to grow desperate through
losse of your favour.

Item P. Valerii Publicolæ ad populum Rom. Oratio.

*CAn then no vertue be so sufficiently
by you, as not to be undermined by
spicion? Should I feare, that I the
bitter adversary of Kings should undergoe the
cusation of affecting a Kingdome? Should I d
in the very tower and Capitol, could I think t
I was feared by my owne Citizens? Does*

good name among you hang upon so slender a pin? is my credit grounded so weakly, that it more concernes you (to looke) where then who I am? P. Valerius *his house shall not impeach your liberty, you shall have the safe possession of* Velia, *I will not only bring downe my house into the plaine ground, but will set it below the hill: that you may all dwell in a higher station, then I a suspected Citizen; let him build (his house) on* Velia, *with whom your liberty may be more safely intrusted, then with* P. Valerius.

Imitatio, ubi *Socrates* fingitur causam suam apud *Athenienses* agere.

Shall this still be the reward of vertue to be pursued by calumny? Can I, who with the purest hands, and sincerest heart have worshipped your gods, be thought a contemner of them: you know that I have beene pious to men, and how should I be impious to your gods? unlesse to bring downe Philosophy from heaven be impiety, or to elevate mens manners to a similitude of the divine Perfections be unlawfull and intolerable. Surely suspicion is the off spring of malice, not the issue of a loving minde: you indeed envy my vertues, or feare least the same crime should bee charged upon your selves, for I know not whether is worse impiety, to say the gods are wicked, or that there are none at all: But, how can I be sacrilegious, whom the same Oracle, which you magnifie, hath vouchsafed to preferre before all the world

for

for wisedome? Indeed if this be sacrilege to think the Deity neither an adulterer, as your Jupiter; nor false, as your Mercury; nor drunken, as your Bacchus (the best of which are as bad as the worst of men) then call mee impious: for I must neither think the heavens to be quartered among multitudes of Deities, nor the divine powers to be subject to humane vices, but that the glorious essence which rules the world is farre above both mans frailties and corruptions, and you your selves count the best of men most like your Deities; neither doe you account it piety to be vitious. Well enjoy your owne follies, and let mee die to expiate your wickednesse, and let them conforme you better of Divine Mysteries who may more safely prie into them than Socrates.

Ita *imitatio* tam generalis quàm specialis in linguâ vernaculâ adolescentes quasi manu ducat ad imitationem in linguâ Latinâ. Primo itaque habetis tenuia quædam specimina imitationis specialis in linguâ Latinâ, e.g.

1. Optimus est post malum principem dies primus.

Imitatio.

Suavissimum habetur post res adversas quæ tranquilla.

2. Summum *Cæsari* rerum judicium, nobis obsequii gloria relicta est.

Imitatio.

Omnis deo arcanorum cognitio, viris cognitorum veneratio mandata est.

3. Non

3. Non de prolatando imperio nobis res est, nec transmarinas provincias petimus; de Italiæ possessione certatur, pro aris & focis dimicamus.

Imitatio.

Non de cumulandis divitiis mihi curæ est, nec lubricos honores capto; de mentis puritate laboratur, pro pietate & fide contendo.

4. Malè est extra legem viventibus; quidquid meruerunt semper expectant.

Imitatio.

Pessimè erit contra conscientiam peccantibus: quidquid patrârunt, mœstè meminerunt.

5. Temeritas omnis animorum, debilitate corporis frangitur; & frigescunt impetus mentium, quos non explicant ministeria membrorum.

Imitatio.

Violentia procax cupidinis perpetuitate calamitatis domatur; & hebescunt libidinis arma, quæ non acuit opulentiæ audacia.

Cuique hæc exempla in animo volventi pa-
et, quantum peritiæ tyronibus instilletur, si
n sententiarum celebrium *imitatione* exerce-
ntur. Quis *Themistocles* non aliquem sibi de-
iget *Miltiaden?* cujus heroico exemplo ad
ortiter agendum incitetur. Quis mortalium
am stupidus? quem eruditorum *Linguæ* non
d similem loquendi decorem non movebunt.
Quicquid elegantiæ aut nitoris in authoribus
ccurrit, juvenibus facile si observent, proprii
uris fiat. Est *imitatio* tacita quædam pictura
& fideliùs quàm cera aut metallum, formam
delineat; exprimit ingenii motus, sermonis
suavi-

ſuavitatem, inventionis acumen. Querimur homunciones, nec iniquè, perverſam ſcelerum imitationem virtutis vires enervâſſe; malèq; agendi conſuetudinem nequitiæ maturitatem confirmâſſe, nec ullum ſcelus tam odioſum, ad quod ducibus exemplis non pervenitur. Abſurda imperitorum æmulatio artium pulchritudinem fœdavit, eaſdemque vires, quas in doctis cernimus ad artes promovendas, habent in docti ad deformandas. Anne *Solis* ætatem agis? *Solenſem* redoles barbariem; difficile eſt loquendi errores evitare, ubi frequenti errorum confirmantur privilegio: *Athenienſem* verò ſi imbibiſti ſuavitatem, ingenita genuina puritas ornatæ locutionis ingenerat conſuetudinem, conſuetudo verò neceſſitatem. Habet *imitatio* utrinque ſuas vires, & placidâ quadam violentiâ, vel ad bonum allectat, vel ad malum ſeducit. Noſtrâ verò refert, ut melius convertere, noſtrâ, inquam, quibus inſitus eſt *imitationis* quidam fervor, & conſentaneum quoddam reliquo humano generi ſtudium, pueri ſenes, ſubditi reges, diſcipuli doctores, omneſque gentes populos finitimos conterminos contumaci quadam proſequuntur imitandi cupidine. Obſervemus etiam mutuum imitationis exercitium, inter illa animantia, quæ ad rationis dignitatem non pertingunt, & illa quæ fruuntur divinioris mentis privilegio. Ludicrum quid aggredi viderer, & dum appetitum movere ſtudeam, cõmoverem faſtidium, ſi canes, equos, ſimiam, volatiles enumerarem; teſtetur omnium vita (ſemel enim emblemate rem agam) Phil[illegible]

melalyricinem imitari ſtudens, quæ canendo devicta ſuper lyræ fides occubuit.

Cum teneri Philomela comes placidiſſima veris
Dulcibus Auroram ſiſteret illecebris;
Et modo lenta trahens veluti ſuſpiria fleret,
Sorberet fractas garrula mox lachrymas;
Fortè ſub herboſâ recubans teſtudine Vates,
Dicitur innocuas increpuiſſe fides.
Audiit has vicina canens Philomela canentes,
Cœpit & hîc primùm diſplicuiſſe ſibi.
Ut tamen auderet, cantu perſtabat inani
Cominus argutam ſollicitare lyram:
Jamque ſuſurrantûm ſonitus imitatur aquarum,
Mox velut æratâ provocat arma tubâ:
Deinde ſepulchrales ſingultit Præfica leſſos
Carmine conciſas adnumerante preces.
Donec languida ſenſim & mortua ſuſpirando
Terruit attonitam lapſa repentè lyram.
Namque fides inter jucunda pericula quærens,
Concidit, & viſa eſt dicere, Cedo lyræ.

Mat. Cæſ. p. 234. & F. Strad. 240.

Nec detrahimus à celeberrimarum Artium dignitate, dum eas à brutis contendimus eſſe acceptas; nec mortalium minuitur gloria, ſi à brutis inſtituantur. Summus ille Architectus mutua, inter omnes creaturas, benevolentiæ ſemina conſevit, nec dedignetur quiſquam ab eâ creaturâ inſtitui, in quâ etiam haud obſcura divinæ benignitatis conſpiciat veſtigia. Quid igitur in *Medicinâ* utiliſſimum? quid in *Aſtronomiâ* abditiſſimum? quid in Muſicâ gratiſſimum? quid in *architectonicæ*, texturæ, venationis uſu ingenioſiſſimum? quod non vel brutis acceptum referimus,

rimus, vel ex brutorum imitatione reddi-
mus perfectius: utrum in cœlorum ar-
conscendas, vel in terræ viscera penetres,
non desunt *imitationis* occasiones & usus.
valeat inter mortales, si prosit, si delectat
mantium extra rationis orbem positor
imitatio, quæ ventri prorsus obedientia,
majoris fœlicitatis incapacia ad nihil cre-
rarum epitomes dignum pervenire possi-
quantò magis nobis imperaret eorum imi-
tio, qui artes, facundiam, mores, eximiis
animi & corporis dotibus illustrârunt, &
ad extremos temporis fines celebres nomi-
meruerunt? Magistros itaque monitos vel
seligendas esse sententias graves, ingenio
politas, (quorsum enim futiles & inanes
à quibus & Suadæ decor, & delicatiores
abhorrent.) puerósque ad earum imitation
incitandos esse: hinc eximiè maturabunt
fectus, & in primâ adolescentiæ face, celeb
rimorum authorum stylos sine *Hercules* lab
re, assequentur.

Sic ab *imitatione speciali* semita patefa
est ad *imitationem generaliorem*, quæ non un
solùm sententiæ, sed totius discursus fabric
imitari studet; adeò ut in Suadæ templo
gendo illa videatur materiæ strues & pra
ratio, hæc coronis & perfectio; vel potiùs
ædis *Musarum* pronaon, hæc adytum &
crarium.

Exemplum imitationis generalioris in Linguâ *Latinâ*.

1. *Liv. dec. V. C. lib.* 2. Mutius Scævola Porsennam *alloquitur.*

Romanus *sum civis:* C. Mucium *vocant, hostis hostem occidere volui: nec ad mortem minus animi est, quàm ad cædem fuit. Et facere & pati fortia* Romanum *est. Nec unus ego in te hos animos gessi: longus post me ordo est, idem petentium decus. Proinde in hoc discrimen, si juvat, accingere, ut in singulas horas capite dimices tuo: ferrum hostemque vestibulo habeas regiæ: hoc tibi juventus* Romana *indicimus bellum. Nullam aciem, nullum prælium timueris: uni tibi, & cùm singulis res erit.*

Imitatio.

Demosthenes in *Philippum Macedonum* Regem sua odia carptim exponit.

Athenienses sum civis: *Demosthenem* nuncupant, ipse patriæ amator, patriæ hostes odi: vera pietas veræ pietatis oppugnatores odio habere suadet. Nec ad facinora mihi minùs audaciæ, quàm ad minas fuit. Ad *Athenas* defendendas jamdudum accinctus fui, & harum causam tam perferre, quàm patrare mirandà constitui; huc stylum, ingenium, gladium direxi; Nec unicus ipse in vos hoc odio accendor, pulchra post me caterva est eosdem animos gerentium, eandem petentium gloriam; proinde majora adhuc vos manent pericula, nec statuuntur *Athenienses* virtutis limites. Et hostes & speculatores in sinu regni habentes, omni momento discrimina subitis novas; perpetuos hostes, perpetua odia expectate, nostras vires, nostros animos experieris, quippe non mecum sola res est, nec cùm meo ordi-

ne, quo potiùs ſtyli, quàm enſis acies eluxi
ſed tota poteſtas *Attica*, tàm factis inclyt
quàm ſermone ſpecioſa, vobis indixit odium.

2. *Liv. lib. 5. ab V. C. Legati Faliſcorum Romanis ſe dedunt.*

*Patres conſcripti: victoriâ, cui nec Deus, n
homo quiſquam invideat, victi à vobis & im
ratore veſtro, dedimus nos vobis, rati (quo ni
victori pulchrius eſt) melius nos ſub imperio v
ſtro, quàm legibus noſtris victuros. Exe
hujus belli duo ſalutaria exempla prodita hum
no generi ſunt. Vos fidem in bello, quam p
ſentem victoriam, maluiſtis: nos fide provocati,
ctoriam ultrò detulimus: ſub ditione veſtra
mus. Mittite, qui arma, qui obſides, qui ur
patentibus portis accipiant: nec vos fidei noſtr
nec nos imperii veſtri pœnitebit.*

Imitatio.

Campani ſe *Carthaginenſibus* dedunt.

Carthaginenſes iis artibus, quibus nec noti
ignoti invidebunt, à famæ & gloriæ veſtr
admiratione ſuperati, dedimus nos ipſos; p
nes vos noſtræ vitæ liberi, facultates; ſpe
mus enim (quo nihil utriq; tutius & ſplendi
dius) nos amicitiâ veſtrâ, quàm armis noſtr
ſecuriores manſuros, ſucceſſu hujus fœderis
hæc ſalutaria utrique genti effecta reddemu
Vos *Campaniæ* delicias, nos *Africæ* fortitudi
nem, mutuò, pro noſtris, vendicaturos eſſe
Omnes boni (ſic & vos) fidem à fœdere
quàm triumphos à ſanguine malint: & popu

lus *Campanus* veſtrâ virtute provocatus, vobis quàm ſibi honorem duarum gentium conciliandarum, tribuere mallet. *Præſtat amicos pace feciſſe, quàm hoſtes bello ſuperáſſe.*

3. *Hannibal* ad milites *Campano* luxu effœminatos.

Campanâ *vos luxuriâ marcetis, vino, ſcortis, omnibus luſtris per totam hyemem confecti. Vobis abiit illa vis vigorque dilapſa robora corporum animorumque veſtrorum, quibus* Pyrænæi Alpiumque *juga ſuperaſtis: Reliquiæ virorum illorum pugnatis, vix arma membraque ſuſtinentes. Quod* Cannæ Romanis, *id vobis* Capua *fuit. Ubi virtus bellica, ubi militaris diſciplina, ubi præteriti temporis fama, ubi futuri ſpes extincta eſt. Arma quidem ſignaque eadem noſco, quæ ad* Trebiam Thraſymenumque *poſtremò ad* Cannas *vidi ac habui: ſed militem profectò alium in hyberna* Capuam *duxi, alium inde eduxi. Legatumne* Romanum, *& legionis unius atque alæ, magno certamine vix toleratis pugnam, quos binæ acies conſulares antea nunquam ſuſtinuerunt?* Marcellus *tyrone milite, ac* Nolanis *ſubſidiis inultus, nos jam iterum laceſſit? Ubi ille meus miles eſt, qui erepto ex equo* C. Flaminio Conſuli *caput abſtulit? Ubi, qui* L. Paulum *ad* Cannas *occidit? ferrum nunc habet? an dextræ torpent? &c.*

Imitatio.

Funeſtâ clade nos (*Angli*) conficimus, luxu, mollitie, otio; à militibus noſtris abiêre virtus audaciaque, dilapſuſque vigor animi, quo

majores vestri *Gallos Hispanosq*; superârûtq; nuit militiæ decus,& juventæ flos per incuri marcet. Reliquiæ nos,vel potiùs cadavera m jorum nec hostium impetum nec congres sustinemus.Quod *Angli* hostibus extitêrunt *Anglis* hostes sunt. Annon *Draki* obliti est annon *Gallia* descivit? annon *Belgas* anim stis? linguis quidem quàm brachiis fortio pugnas quidem victoriasque memoratis, quid ad *Cressiam*, *Pictaviam*, *Lutetiam* majo vestri & gessêre, & meruêrunt: sed men alias ea ætas protulit, alias nostra. Parvæ nus, & inculti nostri exercitus,grandes & quentes fugarunt acies; auro & argento fu gentia nostra arma hostilem impetum n sustinent. Quot hostes imperitâ manu, conductis subsidiis inulti vos lacessunt? U isti milites qui *Turcas* terruêrunt? Ubi i vigor qui *Hiberniam* subegit? an sanguis ma cet? an lacerti torpent? an quæ mutatio e alia? unde robora? unde animi vires pat bunt,nisi excusso ignaviæ jugo, & novam vi tutis viam discatis, & fœlicem. Excutite ig tur molles & jacentes animos, ad benè agen dum voluntas benè præparata se exerat, *N infimus sanitatis gradus est, velle sanari.*

3. Quintil. declam. 1. de cæco pag. 6.
cæcitatis innocentia.

Loquor nunc de infirmitate miseræ cæcitatis: temeritas omnis animorum calamitate corporis frangitur: & frigescunt impetus mentium, quæ non explicant ministeria membrorum; ad solum se alligat destituta mærorem. Vultus ille perpetuâ nocte coopertus ac timidus, non concipit nefas,

ad

ad quod ducibus oculis pervenitur: cogitat semper errare & offendere; cogitat eundi redeundiq; difficultatem. Magna innocentiæ necessitas est, neminem facilius posse deprehendi: semper se custodiunt miseri, ne esse miserabiles desinant; & quisquis amisit oculos, laborat ne meritò perdiderit. quid aliud cæcitas discit, nisi rogare & blandiri? odium omne adjuvant oculi, & hunc in pectoribus humanis furorem lumina accendunt, nec levis animis accedit insania, quoties, quem execreris aspicias; cæcus miserior est, quàm ut invisus sit, timidior est, quàm ut oderit: præterea, nocentibus liberis frequentissimas ad parricidium causas suggessit illud, quod videbant: Vitiis enim nostris in animum per oculos via est; aliis tradidit in parentum sanguinem —— Luxuria ferum, luxuria videntis crimen.

Imitatio de Ignorantiâ innoxiâ.

Loquimur hodiè de innocentiâ innocuæ insciticæ (Auditores) in qua proponimus vobis miraculum, non veritate majus sed fide; morbum quidem medelâ digniorem, cui dum scientia medela existimatur, à verò aberratum est: scelera enim omnia promovet scientia, & novus in pectoribus humanis ambitus sciendo accenditur; ignorantia verò hebetat nequitiæ aciem, & præcelsos ambitûs scopulos nesciendo non attingimus. Ignari debiliores sunt, quàm ut scelerate agant; timidiores quam ut offendant: omnes sceleris vires debilitate mentis franguntur, & hebescit proterviæ vigor, ubi non sublevat ingenii ministerium; semper se custodiunt ignari, ne pejores esse

incipiant: & in his timor est acerrimus emendator, fidissimus monitor: in quodcunq; ignotum scelus ignarus incurrit, hanc habet excusationem, se ignorâsse: ad hæc, ignarus summam peccandi metuit pœnam, gravissimamque expectat; nescit enim quò tendit quis timidior ignaris? Quisquis verò scienter incipit nefas, prænoscit pœnam, ideóq; laborat ne non peritus, patrando videatur. Magna est innocentiæ necessitas, ubi methodi peccandi latent; mentes enim obscurâ caligine coopertæ ac invalidæ, non concipiunt scelera, ad quæ duce scientiâ, ascenditur: ignorant herclè insciì peccare, & offendere; ignorant libidinum suavitatem, libidines scientium pestes, infra libidines verò stupent inertia pectora: quò doctiores sumus, eò facilius discimus, & fallere & evadere; eò securius peccare & latere; nec levis scelerata accidit audacia, quoties quomodo scelus contegatur, deprehendit.

Imitatio Poetarum est *Poeseos* amatori utilissima: antedicta verò præcepta huic commodè inserviant; si quis verò exemplarium, farraginem expectaret, consulat *Scaligerum* in *Crit.* & hypererit. nec non *A. Rosæi Virg.* Evangelizantem, ut & imitationem doctissimam *Virg.* Bucol. *J. Hawkini Hadleiensis*: Ne verò Lectorem sine gustu hujus suavissimi epuli poetici dimittam, perpendat hanc *Casp. Barlæi.* cujusdam Epig. imitationem.

Jupiter

Jupiter *in parvo dum cerneret æthera vitro,* Claud. in Sphæram Archimedis.
Risit, & ad Superos talia dicta dedit:
Huccine mortalis progressa potentia curæ?
Jam meus in fragili luditur orbe labor.
Jura poli, rerumque fidem, legesque Deorum,
Ecce Syracusius transtulit arte senex.
Inclusus variis famulatur spiritus astris,
Et vivum certis motibus urget opus.
Percurrit proprium mentitus signifer annum,
Et simulata novo Cynthia mense redit.
Jamque suum volvens audax industria mundum
Gaudet, & humana sidera mente regit.
Quid falsò insontem tonitru Salmonea miror?
Æmula naturæ parva reperta manus.

Imitatio.

Jupiter *ut parvo descriptum in cortice Mundum* Casp. Barlæus in Physicam Gilberti Jacchi.
Vidit, & immensas quas habet orbis opes;
Ardua miratus docti molimina sensûs,
Dixit ad indigetes talia verba Deos:
Huccine mortalis progressa scientia curæ?
Jam meus, heu, vili venditur ære labor.
Naturam, causæ genios, motumque, locumque,
Et semper fluxos temporis articulos;
Mistaque, & aërio nascentia spectra theatro,
In tabulas sapiens transtulit arte suas.
Æmula decertant foliis elementa sub iisdem,
Alternantque suas morsque salusque vices.
Sanctius hîc animal mentisque capacius altæ
Præsidet, & rerum sceptra capessit Homo.
Infima cum superis coëunt æterna caducis,
Vastaque naturæ corpora lector obit.
Jamque novi spectans ratio compendia Mundi
Gaudet, & exiguo tempore cuncta capit.

Quid miror solos humeris qui sulsiit axes?
Qui cœlum & terram sulsiit unus, adest.

Satis de *Imitatione*. Jam agemus

4. *De Variatione & Paraphrasi.*

Quod in cibis placet, in vestitu delectat, etiam in sermone non displiceat; in utrisque varietas grata, suavis, jucunda. Non minima quidem *Poesios* gloria ex *variatione* oritur, utrum respicias transmutationem carminum ex uno genere in aliud, opus pueris utilissimum, an ejusdem materiæ in *variis coloribus expressionem*, quæ etiam suavissimas *poesi* delicias reddit suaviores. Quod verò *poesi* suavitatem confert & vigorem, *oratoriæ* nequit esse indecorum; inde enim variegatum efficitur opus, *tapeti* quàm *centoni* similius. Valet hic *Achelous Oratorius* ad *Herculeas* vires explorandas, variaque mentis molimina extrahenda. Variationis formas in tres classes digeremus, quarum primam ab Erasmo mutuam accepimus, e. g.

1. Per *Synonymata*, e. g. *ædificat domum*, extruit ædes, condit habitaculum.

Tergeminâq; *Hecaten*, tria virginis ora *Dianæ*.

2. Per *Enallagen*
1. *Numeri*, e. g. Acer *Romanus* in armis, i.e. *Romani:* dicimus pro *dicit*.
2. *Personæ*, e. g. nec me meminisse pigebit *Elisæ*. i. e. tui.
3. *Casûs*, e.g. *ejus rei* mihi venit in mentem, vel *ea res*.
4. *Modi* & *Temporis*, e.g. Ne crede, ne credas: prædiceres, vel prædixisset.

Spargere voces, i.e. spargebat.

3. Per

3. Per *Antonomasian*: ut, *Hercules*, *Alcides*, *Amphitryonides*.
4. Per *Periphrasin*, ut, nepos *Atlantis*, i.e. *Mercurius*, *Tyrinthius* heros, i.e. *Hercules*. Mundi domina, i.e. *Roma*.
5. Per *Metaphoran*, ut, hostes *oggannunt*, & *allatrant*, maledicunt, calumniantur.
6. Per *Allegorian*, ut, flamma fumo proxima est, ita ira insaniæ.
7. Per *Catachresin*, e.g. si *Eteoclen* & *Polynicen* parricidas vocarem.
8. Per *Metonymian*, ut, classes *Aquilonibus* arcet, i.e. ventis.
9. Per *Synecdochen*, ut, *Achæloia* pocula sumpsit, i.e. aquas fluviatiles.
10. Per *contraria*, ut, *fraudis osores*, amatores æqui.
11. Per *gradus comparationis*, e.g. Virgo fœlix, sponsa fœlicior, mater fœliciſſima.

Non inutiliter absumatur tempus, si excerpantur clausulæ ex authore, & quasi ostiatim pulsentur hæ omnes variandi formulæ; huic verò primæ classi secunda haud inconcinnè famulatur, ea verò duplex est:

1. Mutando & ornando verba authoris e.g.

1. Non sapienti viro decorum est, unde amico infamiam parat, inde sibi decus recipere.

Sic mutemus hanc sententiam.

Haud prudentiæ cultori convenit, suæ gloriæ fundamenta ex alterius famæ ruinis erigere.

2. Trahit

2.—Trahit sua quemque voluptas.
Sic mutare & ornare licet:
Sirenes *sumus & Circes nobis metipsis, & incantamenta in nostris pectoribus fovemus; amasium quoddam & peculiare quisque sibi deligit delicium.*

Ita fabulas Æsopicas, colloquia, epistolasve variare puer incipiat, & aliis noviisque coloribus depingere. Facile qui observavit conjicia, quot usibus sententia multipliciter variata inserviat; consulite si visum est *Catonem* variegatam ingenui equitis aurati Dni *Richardi Bakeri*, cujus variationes non minimum nitoris istis sententiis addiderunt.

2. Sensum authoris menti contrarium elicimus. e.g.

1. Tarda & trepida sunt servorum officia.
è contra
Veloces & fideles sunt principum conatus.

2. Quò ad altiorem quisque gradum honorum evehitur, magis in exemplum spectantibus patet.
è contra.
Quò ad privatiorem se vitam quisquam confert, eò magis ab invidiâ intuentium liberatur.

His etiam addas alium modum variationis, quando transponuntur verba authoris; sic enim graves & politæ poëtarum expressiones in orationem solutam transferantur, & vice-versâ. e.g.

1. Queis robustus amor, queis gratia mascula formæ.

Et melior *Cypris* fœlices ingerit ignes.

Sic in orationem ſolutam redigatur hoc diſtichon:

Quibus virilis formæ majeſtas, quibus amor robuſtus, quibus & alma Veneris benignitas calorem ingerit ingenuum. &c.

2. ——— ſed comprime motus,
Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit
Occurrat, mentēq; domet reſpectus honeſti.

Sic variare licet:

Non quid tibi liceat quæras, ſed quid deceat facere; effrenes etiam animi motus ita comprime, ut honeſtatis reſpectus omnem affectuum cdomet proterviam.

Ne diſpliceat ſtomacho diſcentis hæc varia præparatio, quæ ut cibis gratiam addit, ita ſermonibus ſuavitatem. Non enim in Foro ſolum verſamur & *Romæ* comitiis, ſed in publico ſapientûm theatro, quorum ſupellectilem & apparatum, nitidum, varium & opulentum eſſe decet.

Hucuſque in inferioribus *variationis* claſſibus ſumus verſati, jam ad ſupremam & inclytiſſimam pervenimus, quæ dicitur *Paraphraſis*; tribus enim gradibus, quaſi tribus animæ Rhetoricæ facultatibus abſolvitur *variationis* perfectio.

"*Sublimis ſpiritus* (inquit Fab. lib. 10. c. 5.) "*attollere orationem poteſt, & verba poetica* "*libertate audaciora, præſumunt eandem propriè* "*dicendi facultatem: ſed & ipſis ſententias ad-*"*jicere licet oratorium robur, & omiſſa ſup-*

"*plere,*

"plere, & effusa substringere. Neque ego παράφρασιν esse interpretationem tantum volo, sed "circa eosdem sensus certamen & æmulationem. Quid plura? Quid sit *Paraphrasis* videas, videas etiam pueriles inventiones eximiè sublevari *Paraphrasticâ* authorum explicatione. Est verò *Paraphraseos* duplex usus:

1. *Quando quæ ab authore in oratione ligata tractantur, ab adolescentibus in oratione soluta explicantur.* quæ à doctissimo *Asebmo Metaphrasis* appellatur. e. g. quod ab Ovidio Fast. lib. 1. & 2. tractatur de ortu *Romanæ* magnitudinis, à *Luc. Floro*, lib. 1. c. 1. & 2. delineantur. si etiam *Polybium*, *Liviumque* de rebus *Carthaginensibus* cum *Silio Italico* conferas, hoc luculenter apparebit, quale quale specimen hujus *Paraphraseos* hic proposuimus.

Horat. lib. 1. Od. 1.
Mæcenas atavis edite regibus.

Non omnes (spectatissime musarum patrone, ortu, virtute, literis inclytissime) arbusta juvant, humilesque myricæ, non omnes campi, sylvæque: hunc rura, illum urbes tenent: haud eædem deliciæ cunctos conciliant animos, nec eidem palato omnes placent sapores. Quis ignorat (charissimum musarum, charitum, virtutum delicium) in quantum votorum *Meandrum* distrahimur? alii inter pulverulentos curruum tumultus, suaviori cum oblectatione versantur, quam inter gratissimas urbium delicias: hic fori jurgiis reficitur, ille marcescit; hic palmæ gratâ expectatione

supra

supra mortalium debilitatem evehitur, sub placidoque honorum onere altiùs spirat; ille verò infra fascium & purpuræ desiderium sordet. Novas mortales excogitant delicias, veteres proscribunt; huic coturnices, illi canes, alteri galli pugnaces apprime placent; hìc videas viros genio indulgentes, illic lusui, alibi *Musis* se mancipantes; sunt qui spernunt honores, sunt qui timent, sunt qui ambiunt; longè etiam aliis alia mens est; quippe nec supremus honorum apex, nec coacervatæ *Attali*, *Cræsi*, *Luculli* opes, mentem aratro destinatam, à sedula agrorum cultura distineant: sunt homines, quibus magis arridēt quassati navigii latera, quàm fastigiatæ turres, & palatia marmore nitentia; dum *Cynicorum* cohors se centone & perâ ostentant, *Epicureæ* gentes regum aulas consectantur, *Saliaresque* (ut aiunt) dapes affectant. Sunt qui *Apollinem Pluto* præferunt, eruditionem divitiis; aliis aurum *Musis* charius, nec (ut *Phœnices* olim) admittunt numen, nisi crumenigerum. Hinc in viscera terræ penetratur; hinc Mercatores pauperiei ægrè patientes, insanos fluctuum strepitus, ventorumque acerbas velitationes, vel spernunt, vel irrident. *Exulat periculorum metus: evanescant mortis minæ, dum vel aurei montes apparent, vel de lucro concertatur.* Alios è diverso conspicias adeo laborioſè voluptati inservientes, ut ille dies à vita surreptus videatur, qui à deliciis. Quamplurimos etiam castrorum strepitus alliciunt: hi inter tubarum clangores, lituorúmque sonitus, nec non lasciva equorum tripudia versati, iis eximiè oblectantur tumultibus, à quibus muliebria tene-

teneraque pectora, tanquàm à *Furiis* abhorrent. Porrò aliis venationi deditis, & quasi in *Dianæ* sodalitium ascitis, nec injucundi sunt gelidi rores, nec insomnes noctes, nec ferarum ululatus; hoc tædium cervi, aprive expectatio magis diminuit, quàm vel uxorum amplexus, vel pignorum oscula. Quod verò ad alios, nec paucos quidem, attinet, pastoritium depercunt secessum, hic supremum ambitus fastigium, sub frondosâ nemoris umbrâ, & juxta placidos fontium susurros, vitas tam curis, quàm molestiis immunes transigent. Sunt itaque, ut vides, variæ mortalium mentes, quisque *amasium* quoddam amplectitur negotium, illius verò studia arctissimè æternitati conjunguntur, qui relictis humilioribus negotiis (& in horum numerum meipsum non pudet adscisere) *Musis* Philosophiæque famulatur; cætera sunt fluxa, vana, & mutabilia, hæc æterna, sacra, glorioſa.

Horat. lib. 2. Od. 10.

Rectiùs vives, Licini, neque altum.

Quod in *Iridis* coloribus Philosophia comperit, hoc in rebus humanis experientia confirmat, placidam illam splendoris varietatem, intuentis oculis imponere, nec certam esse, sed apparentem: Maxima quæque res ambigua est, minima molesta, quæ utrumque interjacet, tuta, fida, permanens; Res secundæ sapientum animos fatigant, atrocibusque superbiæ, ambitûs, cupidinis stimulis explorant; adversæ aciem mentis contundunt, perpetuâq; ægritudine spiritus depascunt, adeò ut fœlicitati

citati maximè conducere videatur continentiæ ſtudium, quæ nec altiorem ſperat ſortem, nec inferiorem metuit; quæ non frui geſtit opibus, ſed imperare; nec pauperiem fugere certat, ſed ſubire. Sit tibi mediocris rerum menſura, placebit tamen ſi prius parſimonia placeat, ſine quâ nec ullæ ſufficiunt opes, nec ullæ ſatis putantur. Expetamus cibum qui famem domat; potum, qui ſitim: ut onerat diſcentem turba, non inſtruit; ſic grandes luxus,& divitiarum apparatus perturbant poſſidentem,non reficiunt. Mens igitur ſtatuat ſibi limites; cupiat,quod ſufficiat; caveat,quod impleat: Inſunt regiis tectis regiæ curæ,& tuguriis ſublimiora pericula: cum honore ampliatur anxietas, cum divitiis, metus; montium cacumina fulmina depaſcunt, nec valles pertingunt. Abdita principum pectora ſcrutamini, quot moleſtiarum moles? quot affectuum ægritudines? quot dolorum aculei mentes pungunt? Ea, quam avidè adoras, fœlicitas,umbræ inſtar, ad tactum ſe retrahit, & quò ardentiùs appetis, eò velociùs avolat: Torquet paupertatem horridæ inediæ expectatio, ipſâ inediâ pejor; eam habet calamitatem infima conditio, magnatum faſtui obnoxium eſſe; qui cadentem deprimunt, jacentem conculcant. Ita fœlicitas anxia eſt, calamitas miſera; palatium periculoſum, tugurium inquietum; inter utrumque curſus faſtior, ubi nec illius anxietas diſtrahit, nec hujus miſeria frangit. Aliæ ſunt hominum quàm aëris regiones; ubi ſupremus aëris tractus, ab omni meteororum incurſu, ab omni nubium interventu immunis eſt: quippe ine-

dia

dia ſumma, ſumma mentis laniena; ſummi honores, ſumma onera; mediocritas nec anxia nec onerosa. Vela itaque turgida contrahas, nec cymbam procellis committas, niſi probè ſaburratam, & tam fluctuum, quam ventorum patientem.

In his paraphraſeos exemplis non exactè me authoris verbis alligavi, ſed inventionis amplitudine aliquâ uſus ſum, ut diſcant Juvenes inventionem pro virili exercere & excolere.

2. Eſt paraphraſtica authorum mutatio, ubi quæ Authores in oratione ſolutâ nos ligatâ exprimimus: ſic *Nonnus Panopolitanus* cum *B. Johannis* Evangelium egit: ſic etiam, ut cæteros præteream, *Caſpar Barlæus* non infimus inter Belgicos poetas, Orationem *Veturiæ* ad *Coriolanum*, *Catilinæ* ad ſuos milites, *Muciæ Scevolæ* ad *Porſennam* carmine polito depinxit, quos anteà *Livius* & *Salluſtius* in ſolutâ oratione expreſſerunt, *Horatius* etiam paucas fabulas *Æſopicas* carmini donavit, cujus laborem juvenes æmulentur.

Veturia Livii orat.

Sine priuſquam complexum accipio, ſcirem ad hoſtem an ad filium venerim; captiva, matérve in tuis caſtris ſim: in hoc me longa vita & infœlix ſenectus traxit, ut exulem te, deinde hoſtem viderim? potuiſti popul-

hanc terram quæ te genuit atque aluit? non tibi, quamvis infesto animo & minaci perveneras, ingredienti fines ira cecidit? non quum in conspectu *Roma* fuit, succurrit, Intra illa mœnia domus ac pænates mei sunt, mater conjux, liberique? Ergò *ego* nisi peperissem, *Roma* non oppugnaretur? nisi filium haberem, libera in libera patria mortua essem? Sed ego nihil jam pati nec tibi turpius, nec mihi miserius possum: nec ut sim miserrima, diu futura sum. De his videris: quos si pergis, aut immatura mors, aut longa servitus manet.

A *Barlæo* carmine donata.

Quò malesane ruis? patriæque haud tale merenti
Hostiles infers acies, & tela Latinis
Infestosque tuis intentas mœnibus enses?
Quid Latiũ, *quid* Roma *in te cõmittere tantum,*
Quid cives potuere? tua est Volumnia *conjux,*
Quam ferro, sceterate, petis; tua pignora Marti,
Naturumque feris jugulos, ultorque malorum,
In mea victricem convertis viscera dextram.
Usque adeóne tuo concedis fræna furori?
Nec cessas certare odiis? tantumne licebit
Invidiæ? patriæque tibi venerabile nomen
Sub pedibus, seu vile, jacet? jam filius hostis
Esse cupis, materque tui cum conjuge belli
Materies feralis ero? quas eripis urbes,
Eripis & nobis; & quos grassaris in agros,
Hos credam quoque jure meos—&c.

Catilina Sallustii.

Compertum ego habeo, milites, verba viris virtutem

virtutem non addere, neque ex ignavo strenuum, neque fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri. Quanta cujusque animo audacia naturâ, aut moribus ineſt, tanta in bello patêre ſolet. Quem neque gloria, neq; pericula excitant, nequicquam hortêre; timor animi auribus officit. Sed ego vos, quo pauca monerem, advocavi; ſimul uti cauſſam conſilii mei aperirem: ſcitis equidem, milites, ſocordia, atque ignavia *Lentuli*, quantam ipſi, nobiſque cladem attulerit, quoque modo, dum ex urbe præſidia opperior, in *Galliam* proficiſci nequiverim. Num verò quo in loco res noſtræ ſint, juxtà mecum omnes intelligitis, exercitus hoſtium duo, unus ab urbe, alter à *Galliâ* obſtant: diutiùs in his locis eſſe, ſi maximus animus ferat, frumenti, atque aliarum rerum egeſtas prohibet.

A *Barlæo* carmine donata.

Hoc ſtamus, Fortuna, loco; nec patria ſegnes
Experiere Ducem; preſti ſervire Quirites
Si cupiant, mihi bella magis, tentandaque ferro
Libertas, ac fama placent. plus deſide vita
Clareſcit morientis honos. ſi dura ſecundos
Succeſſus mihi fata negant; at fortibus auſis
Et cœptis illuſtris ero. Spes ſola triumphi
Audacem intrepidumq; facit: non Conſulis *enſe*
Non metuit mandata patrum, qui ficta Senatus
Nomina, qui cunctis trabeas Latiaſque *curules*
Deberi ratione putant. cur tota Catonem
Roma *tremat? cur* Auſoniæ *terriſque ſuperbus*
Arpinas *mandata dabit? cur horreat orbis*
Piſonem Catulumq;, *& ditis jugera* Craſſi?
Hoc plures, Romane, ſumus. &c.

Ita pro libitu præceptoris puerorum exerceantur steriles & infœcundæ inventiones; nec inde mediocriter promoventur, dum materiam sibi præpositam conspiciunt, indéque in sublimioribus exercitiis, ad quæ hæc inferiora omninò tendunt, majorem audaciam acquirant.

5. De *Allusione* & *Applicatione*.

Post *Variationem* sequitur alius authoris usus, qui ad inventionis ornatum etiam valeat,

estque vel	aliter à mente	authoris: diciturq;	*Allusio* quæ fiat ad	voces.
				res.
	secundum mentem		*Applicatio*.	

1. Est *Allusio* ad *voces*. e.g. De *amore* dico quod *Seneca* de *irâ*, *Est brevis insania*.

De *suspicione* dico quod Lipsius de *mendacio*, *Inspirat omnem calumniam*.

De *temerariis* dico quod *Lucius Florus* de *Gallis*, *Primus impetus major quàm virorum, secundus minor quàm fœminarum*.

De *Voluptate*, sicut de *flore* pauper *Fabianus*, quæro, *Cujus rei inveniri potest brevior ætas?*

De *eleemosynarum collatione* quod de apibus, pauper, in Quintiliano, quæro, *Quis unquam, quod ferentem apem* [pauperem] *viderat, ubi deesset invenit?*

Nec præterire licet elegantem *Bernh. Bauhusii* ad 1. *Horat.* oden, de remigis filio ad summos honores evecto.

Mœce-

Mœcenas atavis edite *regibus.*
Mœcenas atavis edite *remigibus.*

2. Est *Allusio* ad *res*, quæ eleganter fiat ad personas, facta, mores, locos, tempora, proverbiorum occasiones, e.g.

Sallust. 1. Quis mortalium, cui virile ingenium est, tolerare potest, illis divitias superare, quas profundunt in *extruendo mari* & *montibus coæquandis.* Alludit ad *Xerxis* expeditionem, vel *L. Luculli* ædificia.

2. *Corybantes* agitis; *Camerinam* movemus; *soli* faces accendimus; Tanquam ad ostia *Nili* tuo strepitu surdescimus. Pueri *Saturnalia* celebrant, regesque & antistites imitantur, sicut *Junonia* avis, ob colorem & plumas circumspicit sibi placet.

Ad quæ respiciunt authores in his, nemo non videt qui literarum superficiem libavit.

Consulas (si placet) lector, eruditorum scripta, & penetranti oculo perlegas; in iis passim conspersas *allusiones* conspicies, ut omnium opera testabuntur, qui unquam dicendi celebritate pollebant: affatim denique testabitur facunda, compta, nervosa ea historia de Bello sacro, Anglicè conscripta, in qua omne verbum *gemma*, omnis periodus *monile*, omne caput unionum *ordinata series.*

2. Sententias ex authoribus in nostra exercitia transferimus, ad theses nostras confirmandas, vel illustrandas, ideóque ad authoris mentem respiciendum ne à nostra differat, quæ dicitur *applicatio*; testimonium enim non secundùm testantis mentem prolatum, potius impo-

imponit audienti quàm suadet; turpe erat antiquis coronam gerere emptitiam, turpius fraude surreptam; nec honestum est nostra exercitia ornare iis floribus, quibus excerpendis horto vim inferimus; sint testimoniorum citationes candidæ, apertæ, ingenuæ. *Hipponii* Matronæ non sunt usæ corollis emptitiis, sed ex propria collectione; hujusce modi corollis nostras ornemus orationes.

Sunt vero testimonia duplicia.

1. Si nominemus authorem, diciturq; *Chria*; ut authore *Fabio*, Pulchrè *Senecâ*, Nulla fortuna sapientis actus excludit.
2. Si authoris nomen celemus, diciturque *Gnome*. e.g. Volumina multa cumulant, non tractant; congerunt, non conterunt.

6. De Compendio & Amplificatione.

1. *Compendia* & *Epitome* sunt & olei & operis dispendia, & (ut *Verulamio* placet) historiarum & disciplinarum teredines & tineæ; horum enim scriptores plerunque authoris decorem absorbent, & intuentibus sceleton quoddam exuccum præponunt. Non itaque eorum lectionem suademus, ut in illis lector acquiescat: si vero legat, sint præparationes mentis ad copiosiores historias faciliùs imbibendas; & sic non solùm sine injuria legantur, sed summa cum utilitate. Non est nostrum in hoc institutionis curriculo, à doctorum placitis abscedere, sed puerilis exercitationis gratiâ illum compendiorum usum indigitare,

digitare, qui privatæ lectioni famuletur, judicium juvenile exploret, inventionis vires acuat, memoriæ lubricitatem confirmet: Ne in hâc re quàm optimi nobis desunt authores, ita *L. Florus* cum *T. Livio*, egit; R. *Festus* cum *Floro*; *Justinus* cum *Trogo Pompeio*; *Herodotum*, *Diod. Siculum*, *Xenophontem*, &c. in compendium redegerunt *Funcius*, *Sleidanus*, *Philippus Paræus*, non ut à fontibus quenquam detinerent, sed ut *rivulis* gustatis ardentiori affectu ad *Fontes* se conferrent; visum est nobis exemplum unicum (quod in hâc re satis est) lectori præponere, quod ad incitandos tyronum conatus paulisper conducat.

Fusè *J. Lipsius* calumniam depinxit, c. cent. ult. quam descriptionem quam possumus brevitate coarctavimus.

'Depingo vobis vitium à nullo observa-
'tum, ideóque maximè periculosum; *Ca-*
'*lumnia* est, pestis linguarum fœda & pe-
'nicioſa; quippe in pessimos cadit, inexpi-
'atò vulnerat: Cui verò grata? vilissimis, fe-
'navis, loquacibus. A quâ verò origine pro-
'venit? à mendacio *patre*, invidiâ *matre*, ob-
'riositate *nutrice*; nec ipsa quidem sterilis est.
'*jurgia* enim, *odia*, *cædes* non gignit solum,
'sed fovet. Quænam verò huic morbo anti-
'dotus? *Innocentia* & patientia; hæc enim
'tolerat, illa hebetat.

Ne in exscribendis exemplis diutiùs hæreamus, comparet Lector lib. 4. *L. Flori* c. 1. cum historiâ *Sallustianâ* de bello *Catilinario*, & illam observet esse hujus epitomen;

lib. 3. c. 1. *L. Flori*, Bellum *Jugurthinum* carptim explicat; *Politus ille & rotundus Historicus abbreviatorum manus non evasit.*

2. E contrariò, quæ succinctiùs quidem ab authore tractantur, possunt à tyrone prolixiùs *amplificari*; hocq; à maximis authoribus factitatum: *Amplificationis* opellâ quidem creverunt Elephantina illa disciplinarum volumina, quæ Fluviorum instar primâ scaturigine tenuiora erant, longo verò fluxûs tenore, & amplitudinem acquirunt & profunditatem.

Sunt verò varia *Amplificationis* subsidia.

1. Ab *enumeratione partium*, e. g. in corporis descriptione, caput, manus, facies &c. distinctè tractentur.
2. Ab *antecedentibus*, e.g. si viri, qui virginem vitiavit scelus aggravares per priora promissa, conatus, affectuum errantium signa, antecedentes lapsus, vim aliis illatam —
3. A *causis*, e. g. si homicidium per iras, rixas, furorem, temeritatem aggravares, ex quibus ortum est.
4. Ab *adjunctis*; e. g. si bellum describeres per urbium incendia, scholarum & templorum ruinas, fœminarum constupprationes, infantium cædes, agrorum vastationes.
5. Per *diatyposes*, e. g. si convivii luxuriam hoc modo amplificares, Vidi alios intrantes, alios exeuntes; quosdam vino vacillantes, alios nimiâ potatione consopitos;

pitos; humus erat immunda, & vina
luculenta, coronarum & dapium cooperta
reliquiis.

6. Per *digressionem*, e.g. si inter *Alexandri M.*
laudes etiam patris ejus *Philippi* egregia
facinora delibares.

7. A *Gradatione*, e.g. *insolitum* est vincire ci-
vem *Romanum*, *nefas* verberare, *scelestissi-*
mum trucidare.

8. A *Comparatione*, e.g. si tempora nostra cum
prioribus conferres.

9. A *Congerie*, e.g. quæ tua mens? oculi? ma-
nus? ardor animi?

10. A *correctione*, e.g. non fur sed raptor, non
adulter, sed expugnator pudicitiæ.

11. Per *definitiones coacervatas*, e.g. mare de-
citur *fons* imbrium, *hospitium* fluviorum,
derivatio alluvionum, *inventio* commer-
tuum, distantium populorum *nexus*, in-
nerum *compendium*.

12. A *figuris* Rhetorices, Prosopopœia, Apo-
strophe, Periphrasei. &c.

A *locis communibus* logicis, subjectis, contrariis, similitudinibus, &c. quorum usum videamus in (vid. *Alst.* Logic. maj.)

- *Antithesi*, e.g. Non
  bi diva parens
- *Syncrisi*, e.g. Car
  perbimus? tot
  corpus pulvis est
  ex elementis, n
  ximè è terrâ cõ
- *Conglobatione*, e.g.
  certè in an
  multum val
  militum virtus,
  corũ opportuni
  auxilia, classes,

Ap

Apud *Ciceronem Catilinarium* parricidium, *Fasciana* libido, *Rullana* ambitio; variæ etiam generis humani calamitates, exactè & fusè amplificantur.

Ad pueriles vires in hâc exercitatione explorandas, ex authoribus seligantur sententiæ breviores vel exempla quæ facillimè *amplificari* possint; nimis difficilia tenuiores animos frangunt, cujus generis est illa *Luciani Deæ Syræ* descriptio, in quâ *Palladis*, *Junonis*, *Rheæ*, *Dianæ*, *Veneris*, dotes coivere. Et faciat Puer periculum suarum virium, explicando *Prudentiam*, animi heroicos *motus*, corporis *venustatem*, *castitatem*, *gravitatemque* ejus; Nulla est ex his virtutibus quæ non amplissimum discurrendi campum suggerant. Exerceatur etiam puer in descriptione celebris illius *Phosrois* machinæ, in quâ motus corporum cœlestium, nec non omnium rerum terrestrium gloria possent conspici; hinc enim copiosissima amplificationis materia. Denique si epularum descriptio & amplificatio exigeretur, qualis est *L. Luculli* cœna, quam ferax amplificationis seges? hîc enim variæ dapes, mensæ apparatus, vini copia, stipatorum obsequium, convivarum colloquia & gestus, fusè exponi possunt. Sed quorsum juxta fluvium puteos effoderem? vel cœlos studerem syderibus illustrare? Viri in re *scholasticâ* exercitati non indigent tenui nostrâ exemplorum farragine.

Vide si placeat exemplum argumenti primo compendiosè, dein fusè tractati.

Seneca c. 5. In sapientem non cadere injurias,

Sapiens nihil perdere potest ; omnia in se re fuit ; nihil fortunæ credit, bona sua in solido bet ; contentus virtute quæ fortuitis non indi ideoque nec augeri nec minui potest ; nam in mum perducta incrementi non habet locum.

Sic verò copiosiùs:

Quod supra cæterorum animantium sor gens humana evehitur, non rationi solùm betur, sed virtuti. Nil inter terrestres vi majus: Perspicax illa rationis acies haud scelerum ministra est ; virtus verò ab o fraudis prætextu, ab omni scelerum cons aliena est. Si virtute polleas sat splendoris bes, nec precario indiges satellitum ence quod fingit mortalibus præstantiam, non cit: Titulos, honores, imagines servate a entibus ; nuda & incompta virtus nec qu nec indiget ; corporibus succo plenis haud similis, quæ etiam suo humore pingui, et terius detrahatur alimentum, diu conser dum naturali oleo corpora destituta citò cescunt. Possum igitur publicâ quâdam g ris humani voce respondere quærentibus, tam variæ mortalium mentes ? *hic* in adv tremit, *ille* furit, *alius* verò quiescit ; *hui* pertas gloriæ, *illi* oneri ; *hunc* res adversæ vant, *illum* stabiliunt ; *alium* transmu *alterum* ad bene agendum stimulant ; M magistratus honori est, quibus secessus glorius. *Hæc* eximia mentium diversi variâ mortalium in virtutem affectu ori Mens enim, ut *Lunæ* accidit, à vario virtu *Solis* illius animorum, aspectu, vel lumine

g

gescit, vel absentiâ obscuratur. *Magna* illa virtutum exempla *Regulus*, *Cato*, *Scipio*, togæ; vel *Phocion*, *Aristides*, *Socrates* pallii decora, nec à corporis viribus, nec à membrorum decore, sed ab animi magnitudine & internis dotibus, ultra temporis invidiam sua nomina perennârunt, ultraque mortalitatis confinia propagarunt gloriam. Virtus quidem cœlestis serenitatis æmula nec turbinum incursus patitur, nec imbrium labes. Miremini hercle (auditores) unde immotâ fiduciâ, & inclytâ quadam stupiditate, cruciatus sperni cernatis; equuleos carceresque derideri; unde mentis præclaræ fragrantia aromatum instar contusione fortiùs exhalat. Discite verò quàm fœliciter virtutes mentem communiunt; quàm animosè pectus consolidant; adeo ut supra dolorum sensus, supra corporis contactum eveniantur. Eant igitur luxûs mancipia; fluxas suas habeant delicias, quæ pernici delabuntur interitu, mordacique vulnere memoriam exagitant, dum suo solum nitore virtus irradiata omnes nebularum concursus dissipat, omnes adversantium telorum ictus confringit. Non vanem itaque estis sortiti provinciam (Juvenes,) dum tam efficaci commeatu pectora vestra instruxistis; alia forsan absint subsidia, non deerunt. Quippe solius virtutis consortio satis potentiæ, opum, dignitatis consequemini: nec versatilem fortunæ affectum timeas necesse est: nihil eripit, quod non dedit; virtutem verò nec contulit, nec detrahet.

Satis de *Compendio* & *Amplificatione*.

7. *De Parallelismo & Analysi.* ubi de *Commentariis.*

1. *Parallelos* discursus, historias, descriptiones, figuras, sententias, in variis authoribus occurrentes, pueris ostendere non inutile. Parallela sunt quæ mutuò respondent. Multum juvat ingenuum lectorem observare *varios* ingeniorum *varios* fructus, & quantâ cum pulchritudine doctissimi viri eandem materiam tractantes, & proprii ingenii vires obtulerunt, & varietatem. In historiis revolvendis quot inveniamus eventus mutuò respondentes, e.g. *Mutii Scævolæ* & *Zenonis Eleatensis* fortitudo inter se egregiè conveniunt; ita *Themistocles*, *Scipionis*, *Hannibalis*, post omnia in patriam merita successus. Ejusdem generis quàm plurimæ historiæ occurrunt, in *Plutarchi* libellis, quæ peritissimam juvenum curam meretur. Multi in *Senecâ* Philosopho & Tragœdo sunt discursus inter se *Paralleli*, nec minus in Cicerone, cujus generis sunt *crudelitatis* aggravamina, in *Philippicis* pro *Roscio Amerino*, *Cluentio*, *Catilinâ*, pro domo suâ, &c. *calamitatis* humanæ descriptiones inveniuntur orat. pro *Roscio Amerino* pro *Flacco*, *Syllâ*, item in Quintil. declam. 12. Observemus etiam prælia, procellas, urbium direptiones, & à poëtis & oratoribus tractari, tum *Græcâ* quàm *Latinâ* facundiâ, nitentibus. In hoc *Parallelismo* summum *Poesios* decus, pulcherrima *Oratoriæ* ornamenta, totius Facundiæ nitor traxit originem: lectores enim inter authorum catervas, expressionum varie-

tem deprehendentes, hanc authorum varietatem æmulari ſtuduerunt. Legite, & inter legendum perpendite eruditiſſimi *Scaligeri Critica & hypercritica*, ubi ex celeberrimis poëtis loci *Paralleli* petuntur, vel egregii illius *Farnabii* indicem *Rhetoricum*, opus quidem ſummâ curâ, & vario labore confectum; denique *Stobæum*, *Jan. Gruteri* vel *Zuingeri* Theatrum, & tam ex Poëtis, quàm Oratoribus, multos eximios diſcurſus de eâdem materiâ exantlatos conſpiciet. Ne negligantur itaque à juvenibus hujuſcemodi diſcurſus & ſententiæ, quibus, quaſi variegato paludamento, materiam ſuam non invenuſtè exornent. Hunc *Parallelißmum* putamus opus eſſe tam probatâ dignum curâ, ut ex animo optemus aliquem eximiè in optimis Oratoribus verſatum, ſyſtema quoddam diſcurſuum (& hiſtoriarum, quales *Val. Maximus* exhibet,) parallelorum collecturum eſſe. Nihil enim in re literariâ, exercitato utilius, quàm varietas materiæ; nec ullibi major invenitur varietas quàm ubi diverſo modo authorum animi exprimuntur, Ita, Palatii more, variâ ſupellectili inſtructi, opulentâ quâdam delectatione niteſcet exercitium.

2. Non inconcinnè olim dictum, *Methodum* eſſe *animam* rerum; quippe confuſa rerum obſervatio intellectui officit, memoriæ aciem obtundit; ad intellectum itaque ſuſcitandum, & ad memoriam ſublevandum, poſſunt authorum diſcurſus (inter legendum) quaſi in varias partes reſolvi. Non ſuademus tyronibus adhuc ſub ferulâ militantibus exactiſſimam eam *analyſin*, quæ *Academico* lo-

gices rudimentis imbuto congruit, sed crassiorem, puerilique captui conformem, estque { *Historiæ.* / *Aliorum discursuum.*

1. *Historiæ*, quæ secundùm tritum versiculum resolvi potest,

Quis? quid? ubi? quibus auxiliis? cur? quomodò? quandò?

Exemplum petatur ex resolutione primi capitis *L. Flori.*

1. *Quis* condidit *Romam?*
2. *Quid* in *Româ* condendâ notatu dignissimum erat?
3. *Quo* in loco condita erat?
4. *Quorum* auxilio usus est *Romulus?*
5. *Quem* in finem condita erat?
6. *Quomodo* ad finem perductum erat opus?
7. *Quo* tempore, & quosnam habuit *Romulus* coætaneos?

Ita facillimè tota historia memoriæ mandetur, nec minima ferè occurret circumstantia, quæ virum hoc modo res enucleantem evadet.

2. *Aliorum discursuum* resolutio est, qui *topicis* locis & figuris *Rhetorices* eruendis constat: sic in multis *Ciceronis* operibus *Talæus*, *Freigius* aliique fecerunt: hoc etiam nos proponemus exemplum.

Sen. de *irâ*. Lib. I. c. 1.

Exegisti à me (*Novate*) *ut scriberem, quemadmodum posset ira leniri*, &c.

1. A

1. *A causâ impulsivâ*, Exegisti.
2. *Ab adjunctis*, Tetrum &c.
3. A *Comparatione*, Cæteris enim &c. ubi 1. *Iræ* cum reliquis affectibus comparatur, & *iræ* nequitia confirmatur *testimonio*. 2. Iratus & insanus comparantur.
4. *Diatypoſei*, effectuum iræ 1. in hominibus, viz. frontis & oculorum deformitate, &c. 2. in reliquis animalibus, aper &c. hinc *epiphonema* vel *gnome* ab effectu iræ in omnibus animalibus, ſc. feritatis acceſſione.
5. Ab *aliâ comparatione* iræ cum reliquis affectibus indomitis, idque ex ſuâ *experientiâ*. Nec ignoro &c. denique argumento à majori concludit, Alii affectus apparent, ira verò eminet.

Quis inutilitatis accuſabit hoc exercitium? Quis ineptiæ? niſi qui nec *memoriæ* conſulit, nec *intellectui*: omnes enim obſervando diſcant, nihil magis utrique officere confuſâ lectione.

3. Denique, quia ex *Commentariis* plerunque authorum mentes cognoſcuntur, & quidquid nodoſius eſt, explanatur; ideò operæ pretium eſt obſervare, quibus ſubſidiis magiſtro maximè opus eſt, ut ſint ſibi metipſis commentariorum loco; hoc enim *ſcholarchæ* maximè neceſſarium: *Sunt verò hiſtoriarum, adagiorum, linguarum cognitio, conſuetudinum & antiquitatum peritia, authorum comparatio, ſcopi authoris, & figurarum troporumque obſervatio.* Hiſce quidem generalibus ſubſidiis tutiùs annitantur, quam interpretum conjecturæ; Attamen nolim erudita eorum opera contemni

aut perstringi, qui multum operæ oleique impenderunt in authorum spinetis eruendis: *hos ut vivos colamus justitia; ut defunctos, religio suadet.* Hoc verò velim, unumquemque adeò fideliter *Spartam* suam privatam ornare, ut *commentariis* non indigeat; tunc veri aliorum inspiciat interpretationes, non inhæreat: Meâ tenuitate indignum foret viris longè doctioribus authores indigitare, quibus magistro opus est ut generali materiâ se instruat, cujusmodi sunt Nat. Comes, Pausanias, Clementis Alexandr. Strom. &c. Satis est modo generali tetigisse. Denique, quisque cavere debet ne expositionum multitudine confundat discentem; *Parcè & dilucidè exponatur mens authoris, omittantur vero eæ circumstantiæ quæ potius distrahunt tyronem, quam instituunt.*

His institutionibus viam expandi doctioribus tam in *Oratoriâ*, quàm *Poesi* conatibus, qui hac luce instructi, immensos & adhuc inauditos *Eloquentiæ* fines detegant, Mundóque expandant. His (ni fallor) ad perfectionem vergant Oratoriæ & Poëseos tyrones; Posthæc ad altiora ac sublimiora exercitia audacter pergant. Nullus enim est ex his modis adhibendi authorem, qui non junioribus, subsidium porrigat. Bonis igitur, ut aiunt, avibus, ad altiora tendant, & si quid adjumenti ex priùs-dictis nacti sint, videant etiam an hæc sequentia inventionis specimina non etiam aliquam perfectionem juvenilibus conatibus addant.

Tullius

Tullius de Divinatione, *lib.* 1.

Quid est igitur cur dubitandum sit, quin sint ea quæ disputavi, verissima? si ratio mecum facit, si eventa, si populi, si nationes, si Græci, si Barbari, si majores etiam nostri, si denique hoc ita putatum est, si summi philosophi, si poetæ, si sapientissimi viri. An dum bestiæ loquantur expectamus? hominum consentiente authoritate contenti non sumus?

Exemplaria.

In Christi *servatoris humani generis natalitia.*

MAgna profectò res est (auditores) & ad discutiendas nigerrimas ingratitudinis nebulas efficax, anteactorum memoriam apud posteros renovare; & lapsuram beneficiorum observantiam memorando restituere. Exolescit beneficii decor, quoties vel neglectu obumbratur, vel ignaviâ corrumpitur: annuas itaque vices, hæc solennia peragunt, adeò ut omnes vel præsentibus fruantur, vel reditura sperent. Quam plurimi beneficiorum magnitudinem invido corrumpunt intuitu, easdemq; præcipuè, tacitâ quadam criminatione, vilipendunt artes, quibus sibi patuit ad gloriam iter: ut verò gratissimum benefaciendi genus est de universis mereri, ita nec minima gratulandi dignitas, officia prædicare: Ecce liberè erumpentem, & in vestris vultibus exundantem

tem deprendo lætitiam, quæ neſcio, an in agnitionem facilior, an in pietatem velocior; quippe totius gaudii materiam, totius miſericordiæ compendium hodiernus *partus* protulit, cui vitas, ſalutem, animas debetis. Magnificè itaque collatum beneficium gratiſſimè rependitis; cum enim in certam interitus aleam incidiſſemus, hinc libertas, hinc quies; hinc cœli in terram diſcenſus, hinc terræ in cœlum aſcenſus; hinc *numinis* inter mortales habitatio. Fingite vobis virum ex infimis carceris miſeriis, è truculentiſſimo cruciatuum horrore, et ultimâ timoris rabie extractum, hunc inexpectatâ libertate, maximo honore, immenſis opibus decorate; hic tamen noſtræ liberationis umbra potius exprimetur, quam effigies. Quodcunq; nauta à procellis liberatus, quodcunque captivi catenis exuti, quodcunque ægri ſanitati reſtituti intuentium oculis repreſentant, longè infra & noſtram miſeriam cadunt, & medelam: Minimum eſt à procellis, carcere, morbis evadere; magis ſtupendum eruſionis genus eſt, mortis ingluviem, ſcelerum imperium, Inferorum vincula ſuperare. Obſervate (auditores) quàm officiosè Servator noſtræ debilitati indulſit, qui eximio divinitatis ſplendore orbatus, nomen celavit, ut ſe mortalibus adjungeret, humanitatis ſubiens miſerias, ut homines extricaret. Quoties deum tantâ dignitate exutum, quoties hominem tanto honore decoratum cogito; toties ingenii vigor contabeſcit, toties animus ſtupore perfunditur, toties alia amoris monumenta ſimulationis damno. Jacebat humanum genus in altiſſimâ calamitatis abyſſo, ſceleri, ruinæ, horrori

horrori obnoxium, ſuperbientibus inferorum placitis mancipatum; nulla religionis ſuſpicio, nullus calamitatis ſenſus, nulla delictorum conſcientia: adeò tetra extitit orbis terrarum facies, adeò enervatæ vires, ut ſub ingruentis interitûs pignore, morbidâ canitie ſuſpiraturus videretur. Quid intereà miſericordiæ ſcaturigo? quid perſpicaciſſimus cœli terræq; judex? quid omniſcius mundi rector? nec incendia molitur, nec diluvia, ſed abyſſum nequitiæ abyſſo benignitatis ſuperaturus, Deus ipſe hominem induit, ut cœlorum haud compotem, cœlo donaret, ut numinis fugacem numini conciliaret: viam quidem aggreſſus eſt, & ab angelorum, & hominum capta ſeclusam; eamque ſalutis methodum invênit, quæ & numinis machinationem meruit, & poteſtatem. Attamen tantæ majeſtatis fulgorem, nec cunæ, nec faſciæ redolebant: primum ſibi ſolium in præſæpe erexit, ac ſi ei potentiæ domicilium deeſſet, quæ omni creaturæ domicilia finxit; qui verò infans in equili erat, nec in cœlo, nec in terris, numine ſpoliatus erat; qui abjectus inter jumenta, inter angelos excelſiſſimus. Ea nondum adulta facies conſtravit inferos, eæ tenellæ manus ſunt cœlos complexæ, ea exigua præcordia mundi imperio non indigna. Sic vitæ telam ordiri placuit, nec aliter pertexere: non in humilitatem ſolum naſcitur, ſed exilium; quippe ferocientis tyranni falx ſanguinea, huic vix orto flori maturitatem invidebat. Ad ſummum, quidquid potentiæ ſublimitas, quidquid affectuum fervor, quidquid clementiæ celſitudo humanæ miſeriæ miniſtrare potuit, hoc non ſubire dedignatur.

dignatur. Absit, absit, igitur à vestris pectoribus, nec pristinæ indolis, nec divinæ benignitatis oblitis (auditores) vel frigida, vel ociosa recordatio: à beneficii magnitudine detrahit, qui non lubenter meminit. Inconcussum *Romanæ* fælicitatis tenorem anniversariis sacris *Quirites* decorarunt, nec apud *Græcos* exoleverunt *Alcidis*, *Thesëique* conatus, sed cœlestis incendii ritu æternam in *Græcorum* pectoribus, & illibatam gratitudinis flammam excitarunt; eam apud vos, vel potius, uti par est, majorem sublimis *Christi* munificentia mereatur observantiam, illúmque perpetuo adoremus obsequio, in quo ne minimus quidem motus erat, qui non spiravit benignitatis miraculum.

Threni in Christi Passionem.

Quorsum verborum lenocinia? Quorsum orationem quæritis? (auditores in lachrymas & suspiria resoluti) lugubris nostra facundia non didicit adblandiri auribus, sed tacitâ potius doloris conscientiâ querelas comprimere. Jucunda, prono vultu, & grata accipiuntur, dum gravia & lugubria proscribuntur. Nec facundiam hodiè licet expectare, sed stuporem, cui vestra pietas & indulsit, & indulgebit; exuperat enim materiæ magnitudo exprimentis peritiam, & Suadæ artificium. Afflicta vero pietas maximè lugenda, & innocui cruciatus præcipuè deflendi. Ultimam injuriæ rabiem ipsa innocentia passa est, & supremam injustitiæ telam hodierna sævitia ordita est; taleque est machinatæ

facinus,

facinus, quale nec majores conspexere, nec posteri æquabunt: Grande, horrendum, truculentum facinus! in cœlum scelestorum tela diriguntur, Deus naturæ patitur, mundi Judex judicatur. Anceps vero mihi animus (auditores) an Timanthem æmularer an Apellem, an summos Christi tractaturus dolores, celando concipiendos relinquerem, an narrando judicandos. Novum itaque Rhetoricandi modum aggrediar, non aures solùm, sed oculos compellabo; oculi mœroris ministri, lachrymarum vehicula. Conspicite manus, quæ cœlum exornârunt, clavis confossas; conspicite pedes inferos conculcaturos, in crucem distortos; conspicite primos sanguinis grumos, quos vel cœlum vel mortales viderant à labe immunes, prodigo quodam luxu effusos. Idem agnus & victimam egit & sacerdotem; qui, quantum sibi detraxit, tantum cruci addidit, quod à patibuli ignominia ad aræ decus extulit. Conscii sibi inferi ingruentis interitûs, & ruituri imperii, eâdem ruinâ ipsum numen operturi erant: & sicut maximè mortiferi esse solent morientium belluarum morsus, ita maximè dirus ultimus infernæ sævitiæ actus; nec si plus negotii fuisset, cum semi-crudis inferis, quàm cum integris ... quodnam gravius (auditores) infernæ sævitiæ molimen, quàm quod ipsum tribunal incitavit justitiæ prælium indicere, innocentiæ odium, pietati dedecus? & quo magis innocentiâ conspicuus erat accusatus, eo chadi reddere propiorem, ac si sat criminis fuisset, extitisse innocuum, sat dedecoris fuisse pientissimum. Quippe coram judice reus agitur, & dum à crimine absolvitur, non à pœna liberatur. Miremini verò tanto sceleri ministros inveniri, qui iniquam

iniquam sententiam iniquissimo compensarent obsequio. Ast nullum facinus sortitur patronum, quod non sortitur ministrum. Nudus Servator *flagellis laceratur, & immanis decreti ministri gestu insultant, voce illudunt, hastis confodiunt: caput etiam spinis redimitur, & hostiæ instar, ingloriâ quâdam magnificentiâ, in mortem coronatur. Imperat annalium sacrorum fides, ut solem inde credamus defeciſſe, & caput gloriosum nigro caliginis velamine occultâſſe: fallor equidem, ſi non ſceleris ſolum intuitu erubuit, ſed divinæ etiam faciei pulchritudine victus conſtitit ut aſpiceret, interque conſpiciendum defecit. Quoties equidem hæc tua vulnera, crudæ tua vulnera (ſervatorum auguſtiſſime) intueor, & rorantia proprio cruore amplector, toties animus & infra ſuſpiria ſtupet, & ſupra laudes aſſurgit: levia lequuntur beneficia, ingentia ſtupent. Nec ſordidum patiendi genus eſt lubenter pati: neminem inveniatis mori volentem, qui non habuit aliquem vetantem; tua verò prompta benignitas impulſores invenit, nec mortem refugit tamen ſed aggreſſa eſt; ac ſi intra moris fauces prædam deprehendiſſes, quam eras exterſurus. Vigeat, vigeat, inquam in mortalium pectoribus hæc mæſta clarnitas, & tantum æternitatis repoſcat, quantum vel vitæ veſtræ ſuppetant, vel memoriæ largiantur. Dixi.*

In annuam Carolinæ Inaugurationis *memoriam.*

ANnuus ſolennitatis redit circulus, & poſt priores gratitudinis conatus, novâ exultandi

tandi occasione, pietas nostra sese iterum explicavit. Exigit enim hodierna solennitas (pientissimi tam *regis* quàm *Caroli* amatores) summum & mentis & memoriæ officium: mentis, quia virtutis *Amasium*; memoriæ, quia gratitudinis materiam exhibuit. Liceat *aliis* fucatas principibus affigere virtutes, eas verò quas comprehendimus à fuco alienas, *Nos* delineamus. Quidquid ingeniosum adulationis artificium de *principe* mentitur, *Nostro* debetur: in quo, nescio an *Carolum* magis laudarem, an *Regem*; an publicarum virtutum *ideam*, an privatarum *exemplar*: *hæ* clarum reddent, *illæ* amabilem. Ast quorsum verba? præstat tacita gratitudo, clamoso encomiorum ambitu. *Bonum principem* pingere qui velit, cœleste quoddam aggreditur *animal* numini quam mortali similius, omni virtutum numero absolutum, & tam sui regem, quàm aliorum, — *quem virtus regem non diadema facit*; in quo nec severitas pietati officit, nec humilitas majestati, cui plusquàm paternus in omnes affectus hunc supremum ambitum fecit, omnibus charissimum esse; adeò ut eodem intuitu, *Octavium*, *Titum*, *Trajanum*, conspiciatis, & adoretis, talem hunc esse oportet, qualem omnes colunt, omnes venerantur. Esto (auditores) *solio* dignus, exhibebit sanè pietatis palæstram, in quâ omnium celeberrimæ mentis dotium certamen & victoria; *hîc* comitate stipata gravitas, *illic* gravitate librata comitas: alit livorem pertinax severitas, nec consolidat fidem, sed enervat; provehit scelera imperita comitas, & dignitate prodigendâ emit contemptum. Siderum terræq;

vices

vices princeps ſubditique agunt; illa influxu terram recreat, hæc collatos imbres ubertate retribuit; ille bonitatis radiis reficit, hi officiorum propenſitate compenſant. Satagunt alii ſi parum noceant, & proſtrata obſequii ſuſpiria contemptu remunerant. Imperitum verò regnandi artificium ſuam diminuit firmitatem, nec ſubditos ad obſervantiam pellicit, ſed inconſtantiam. Neceſſe eſt illum multos timere, quem multi timent; & debilior *Caligulæ* emptitia divinitas, quàm genuina *Trajani* humanitas: depaſcit ſanè faſtus potentiam, & putreſcens tyrannidis arbor ab iis corroditur vermibus, quos ipſa fovit. Regium eſt ſe regem nôſſe, ignobile oſtentare, præeſſe non inſoleſcere; hoc enim ab illo omnes exigunt qui inter viros *rex* eſt, inter reges *ſidus*, ut ſubjacentes potiùs influxu reficiat, quàm fervore perſtringat: hinc ab ipſis regni incunabulis, tam mutua, tam calida affectuum concertatio, dum regi nec importunus dominandi animus, nec ſubditis detrectandi; dum leges feruntur, ut crimina corrigant, non inveniant; officiaque præſtantur, quia rex meruit non exegit. Liceat itaque interrogare (imperiorum portenta) quid tantopere vos faſcinavit, ut regis perſonam & inſignia malitis, quàm affectus & honores? Non aurea & margaritis ſplendens ſolium, nec titulis tumentia edicta, quæ majeſtatem mentiri poſſunt non cõſervare, non ſanguine fœdata conſilia, quæ terrorem incutiunt, non pietatem, regiam conſummant dignitatem. Summum *Romani* ineuntes magiſtratum non *Junonis* ædem, ſed *Capitolium* petierunt; noluerunt enim

enim impotentes & muliebres affectus, ſed ſupremo *numini* congruos, piè, conſtanter, prudenter libratos, qui ſuâ ingenitâ innixi bonitate, timoris prætextus relegarent, invidiæ cauſas averſarentur. Inde *Jovis, Alcidiſq;* numen è ſepulchris erutum; quippe quos ſupra viros virtus extuliſſet, ſupra mortis injuriam fama evexit. Quantum itaque (viri obſequio, fide, pietate, inclyti) Carolino debetis imperio? quantum virtuti? quæ pacem à majoribus relictam vobis ſancivit, ſacerrimos patrum cultus firmavit, modeſtiâ, pietate, &, quod in regali licentia rariſſimum, conjugali affectu cunctos præivit. Quid denique vobis ſanctum charumque, quod non roboravit? In hoc uno igitur ſit feſtorum ternio, hodie enim *ſecularia* agimus, eoſque dies, quos nemo anteà conſpexerit, celebramus; *Fontinalia*, & fontem ex quo *Angliæ* ſcaturiit fælicitas, coronamus; *Carolinia* & *Carolinæ* ſalutis continuationem precamur. Ut vivat (inquam) & floreat Carolus: vivat & floreat caſta tori conſors, vivat, floreátque regia proles, donec extrema æternitatis confinia pertingant; nec florere deſinant, donec non altius florere liceat. Dixi.

Splendet in adverſis virtus.

Non me latet quales viros alloquor (auditores) fortes, nec ad mediocria natos. Nec irridendos ideo Caligulæ *propono triumphos, nec* Germanici *invidendos, ubi vel in* Oceani *exuvias luſum, vel in mortalium funera triumpharum. Trophæa ſanguine empta plus ſævitiæ oſtentant, quam virtutis; & cædibus madentes*

dentes ara cœleſte concitant odium non placant. Egregia eſt illa triumphandi methodus, qua ſupremum virtutis extrahitur exercitium, qua ſplendentes pectoris dotes explorantur, & victricia virtutis tempora ſpinis coronantur. Sumus mortales in pace tumultuoſi, in bello ſegnes, in utroque à virtutis demonſtratione alieni, quæ nullius ſanguine imbuitur, niſi impiorum; nec potentiæ inſignibus exultat, ſed innocentiæ. Ea eſt proterviæ eorum inſania, qui ſanguine & cæde quo magis maduerunt, eo ſe fortiores jactant, ut ibi ſummam bene agendi gloriam ponant, ubi a bene agendo latiſſimè aberrant, quippe ſanguinolentis bellorum latrociniis non torquetur ſolum vera virtus ſed ſuffocatur: longè meliorem viam nobis *prudentia oſtendit, qui partem virtutis inediæ, partem catenis, partim morti debemus; animoſe indigemus, manſuete vincimur, intrepide morimur;* Salamandræ *inſtar, etiam inter flammas vigent fortes animi, &* Pantarbæ *haud diſſimiles virtutis ferunt affatim intenſi, nunquam frigeſcent. Magni illa virtutum exempla,* Reguli *cruciatus,* Phocionis *dedecus,* Catonis *exilium non virtutum defectionem exhibuerunt, ſed ſplendorem. Odoriferas ſylvas quo magis radii ſolares torrent, eo fragrantiorem ſpirant odorem. Habent res adverſæ non mediocrem virtutis ſtimulos, & quod Palmæ ſub pondere luctanti accidit, inter deprimendum aſſurgere docent, interque negligendum florere. Quam maximè venenatos fortunæ dentes provocemus, nec ſævitiæ opprimentium metuamus; iis artibus virtutis radii accendentur, quibus ab imperitis obtundi metuantur. Proponit aliquis ferales Domitiani dapes, non cantu & cupediis, ſed omni mortis apparatu inſtructas, Sepulchri conſpectum non horret diſcemus: ſi eximatur vivendi facultas, moriendi conſtantia innoteſcemus; nec ſtatim fuga evitemus, ſed diſcrimina patiendo illuſtremus. Patria exulamus? peregre magnanimitatis documenta exhibebimus. Officia ſi civium adimantur, hominum agemus; Facundia myſtis indicitur ſilentium, abdutam innocuorum agant clientelam, ſi quis amicorum conſortio prohibeatur domi cum tacito ſuæ mentis candore verſetur; ſi non magiſtratu poſſit, ſervitute clareſcat; ſi non libertate, vinculis. Ita cymbam procellis adaptatti, ita æſtuantibus inſultet fluctibus, & felicem portum nactus, ſecurus adores littus, & in adverſantes rupes arenaſque minitantes, lato cum neglectu oculos retorqueas. Nulla timeas adver-*

ſa

sa dum ut omnia, etiam peßima patiaris, undique accingaris.

In *Domini cuſtodis* M. Sigilli inaugurationem.

NOn fallaci ſumus gaudio correpti, dum tuæ dignitatis gratulamur auſpicio, (æquiſſimè legum Cuſtos) à fælicique magiſtratûs ingreſſu, cum futurâ tuâ perfectione noſtram ſimul auguramur fauſtitatem: quippe quos prioris magiſtratûs fida comprobarunt experimenta, his altiùs inſurgentibus affectiſſimè ſumus devoti. Spes & vota noſtra humili quâdam tibi ſuffragantur audaciâ, qui à ſummo purpuræ decore, ad celſiſſimum ſurrexiſti inter ſubditos faſtigium; ac ſi ſumma virtutis eminentia non niſi cum ſummo conſiſteret honore. Acquieſcunt ſubditorum plauſus regiæ voluntati, quæ nec te in tam arctam elegiſſet fiduciam, niſi meruiſſes; nec populus comprobâſſet, niſi placuiſſes. Videas & quid oſtendit compreſſa gratulantium colluvies, & quid expectat; quibus nec plures apud anteceſſores, nec amantiores. Nec arcana pectorum (vir perfectiſſime) rimari neceſſe eſt: proſtant in fronte hilaritatis indicia, & in vultu à ſimulatione alieno veri affectuum leguntur charactêres; nec ſolum præſentium fruimur gaudio, ſed expectatâ futurorum delinimur ſuavitate. Hoc optimi magiſtratus privilegium, & in pectus penetrare, & linguæ imperare; hic conſtanti bene agendi ſuavitate, ipſam ſeveritatem reddit amabilem,

lem,& imperterrito sceleris odio, ipsam lenitatem reddit ingratam. Votorum semina tuus foveat progressus, pergas ut cœpisti, à virtute ad honorem, ab honore ad virtutem, & publicum bene agendi studium. Absit protervus supplicum contemptus, qui excelsiores abjectè metuit, depressiores fastuosè conculcat. Cogitet secum tua prudentia, quorsum legum habenæ? quorsum fidelitatis insignia mihi concredita? Quorsum inter proceres conspicuum tribunal? nisi ut exemplo præeam, virtute præcellam: hoc enim erit eximiè à patriâ mereri omnibus optimum esse. Ast ne expressa nimis benevolentia inter demonstrandum fatigaret, quidquid temeritas nostra ausit, tua leniat humanitas. Dixi.

In annuam Jacobi M. Britanniæ R. μακαρίτου memoriam.

AD fletus nondum abstersos (tristissimi consodales) reversi estis, & ad mœstitiam quotannis renovatam. Metuo vero ne quod acturi sumus non agamus, & infra defuncti merita nostri cadant dolores. Absorbentur vasto temporis hiatu lachrymarum fluvii, & languide tandem lugemus, quæ sæpe luximus. Fallor vero: annuus mœstæ solennitatis recursus istum portendit luctum non periturum, quem anniversarii planctus reficerunt. Attamen haud impium est timere, ne sicut in vivente non satis sumus gavisi, ita amissum non satis defleremus: raro enim bono principi justa doloris pendimus tributa, nisi cum malum sentimus: Si Jacobi obitum Britannia non lugeret, ipsa Europa Præficam ageret, & publicæ pacis arbitrum, clarum ingeniorum solem, purum soliorum lumen, extinctum perenni fletu prosequeretur: Liceat enim, quibus pacem in propinquo non fas est contingere, solium pacificum *eminus adorare, & qui sæpius Adamantinam* Martis *tunicam, quam*

Plutum

Plutum in Irenes gremio consopitum sunt intuiti, regem ad pacem, prudentiam, pietatum factum venerari; liceat, qui coacti vel vitia vel virtutum umbellas coluerunt, lubentes concordem virtutum chorum admirari. Vidimus (auditores) in uno pectore, perfectum regiarum virtutum exemplar, mundi imperio parem animum, cui summum decus & multa scire, & multa regere. Invenimus alii pacem sed concitant bella; quam pacem vero Jacobus invenit nitantem, reddidit certissimam. Nec pax nostra vel sanguine vel prece empta, sed prudentia confirmata, Pax in cœlis gloriosa, in terris charissima; hinc bellorum procellæ suavi concordiæ rore delinitæ, & dissidentes, invicemque suspecti animi grata quadam valentia constricti. Quid imperio potuit accidere gratius, quam semotissimam Britanniæ partem, unde cladium expavimus diluvium, a cædis antro in pacis munimentum convertere? hic jucundissimus studiorum fructus, interna quies, externa securitas; quæ, quasi fœlices imperiorum genii, instabile tyrannidis non contingunt solium, sed regna, virtute duce, comite prudentia vigentia, cladibus liberant, faustitate decorant. Liceat illis qui invisi formidantur, & invidentur, quia formidati sanguinem sitire, & sanguine satiari; Jacobo placuit universa tranquillitas, & sanguinis etiam vilissimi parsimonia. Vulneri vero patet, qui clypeum abjicit; & frustra bellum odit, qui hosti inermis occurrit: hoc vero regiæ prudentiæ opus, Martem Minervæ auxilio superare, & dum paci studet bello imperare; hinc portus muniti, exercitus instructi, enses & in hostem stricti, & tanquam publicæ pacis monumenta, intacti posteris relicti. Quoties (auditores) adulatorum derisi vecordiam? vatorum impudentiam? qui fucatis cupiunt laudibus luctus extorquere; & animos odio accensos, ad comprobandum persuadere: invidiosum est, bonum principem non amari, difficile est malum non invideri. Conticeant vero linguæ, mentes loquentur, & quamdiu pax, prudentia, pietas, in pretio apud Britannos erit, suavi cum oblectatione Jacobi nomen audietur. Certissimum est affectuum vinculum, vestiorum meritorum igne, aliorum affectus inflammare, & compendiosissimum ad gloriam non moriturum iter, omnibus benefacere. Anceps vero mihi animus, an privatas magis virtutes an publicas colerem, regem an virum, decus an exemplar; quæ unita igitur splendent, disjuncta sordent, tanquam gemmulas Britannicum annulum collustrantes, privatim mirabor, publice

publicè venerabor. Quidquid ingenii vigor, quidquid patriæ amor, quidquid utriusque fortunæ documenta in regis decus conferret, Jacobus *meruit. Alios opinio, alios error illaqueat; superat vero humanæ fœlicitatis modum, adeo mentis caliginem discutere, ut sine fumo flammam ingenii videaris accendisse. Quid vero, in hac mentis caligine? Quid erroris perversitate mersum? dum inter cœlestia est versatus, non terrena latuerunt; nec dum terrena tractaret, cœlestium est oblitus. Miveris vero, unâ a solii spinis tanta mentis tranquillitas, tantus ingenii vigor, ut idem caput tam cathedra, quam tribunali dignum, tam foro præsideret, quam Lycea. Unde autem ille regis stylus? qui plura summi ingenii monumenta literis mandavit, quam alii legerunt, & quam omnes antiquorum principes produxerunt. Vestræ vero gratulamini felicitati; quod majores vix ausi sint sperare vidistis, successorum trium principum in literas pietatem, in Academias munificentiam, quas in cunis fovit* Elizabetha, *in adolescentia instruxit* Jacobus, *in virilis incremento* Carolus *confirmavit. Abiit vero eclipsis memoria, ne solis iterum splendentis non patiatur reminiscì.* Vivit post funera virtus: *in exemplis vivus, in mentibus vigens supereſt* Carolus, *paternæ virtutis idæa; tali enim dato successore superstes videatur* Jacobus, *non extinctus. Dixi.*

Elizabetha Anglorum regina.

EA est virtutum sors (auditores) quæ parentum, etiam in prole florere, nec post obitum penitùs interire. Inter posteros gloria virtutis progenies est, & perenne dignitatis monumentum. Summorum virorum lapsus, audacter assero, citiùs apud sequentes ætates oblivione tegi quam virtutes; vecordiam itaque eorum proscribamus, qui cum præsenti vitâ credunt celebrium facinorum memoriam extingui; & ex hodiernæ solennitatis instituto, quis non mihi suffragatur? ubi constat

Eli-

Elizabethæ memoriam post funera splendidiùs florere, nec ullo monumento compensari posse nisi æterno. Quicquid supremum virtutis fastigium; quidquid flagrantissimus pietatis ardor; quidquid celeberrima inter posteros munificentia meruit; hoc princeps exigit. Sileant *Semiramiden Babilonii, Tomyrin Massagetæ, Zenobiam Palmyreni*: sordent harum fictæ vitiisque confusæ virtutes, nec merentur laudes, sed rapiunt. Ea verò monumenta, quæ adulandi fugiunt prætextum, fingendique carent obsequio, celebrant *Elizabethæ* memoriam. Fingite vobis principem, cujus nutu totius generis humani vicissitudines regantur, cui talis laudum concentus eveniat, qualis invidiæ silentium imperet, cui denique omnia secula Palmam ferant, huic potiùs parem fingetis quàm majorem: Incidit in sexum (auditores) tàm togæ quàm sagi incapacem omnium virtutum tàm in pace quàm bello splendentium, consensus, concertatio, victoria. Nec, dum magnanimam dicis, detrahis à lenitate: nec, dum piam, à prudentiâ; nec, dum mulierem, à majestate. Ac sanè inter summa & perpetuò victura facinora nihil hôc strictius æmitati jungitur, quòd se non minus patriæ genitam credidit, quam sibi. Non commemoro quæ bella gessit, quos hostes devicit, quos motus pacavit; hæc, etiamsi in laudem efficacia, robur sine pietate præstitit. Ortûs etiam splendorem taceo; fontes enim repetere prolixum, ubi continuò fluxûs tenore, scaturigines & virtutem colligunt & amplitudinem. Frustrà etiam formam, pulchritudinem, decorem laudarem; hæc quasi cum pes-

lem,& imperterrito sceleris odio, ipsam lenitatem reddit ingratam. Votorum semina tuus foveat progressus, pergas ut cœpisti, à virtute ad honorem, ab honore ad virtutem, & publicum bene agendi studium. Absit protervus supplicum contemptus, qui excelsiores abjectè metuit, depressiores fastuosè conculcat. Cogitet secum tua prudentia, quorsum legum habenæ? quorsum fidelitatis insignia mihi concredita? Quorsum inter proceres conspicuum tribunal? nisi ut exemplo præeam, virtute præcellam: hoc enim erit eximiè à patriâ mereri omnibus optimum esse. Ast ne expressa nimis benevolentia inter demonstrandum fatigaret, quidquid temeritas nostra ausit, tua leniat humanitas. Dixi.

In annuam Jacobi M. Britanniæ R. μεταχρίσεως memoriam.

Ad fletus nondum abstersos (tristissimi consodales) reversi estis, & ad mœstitiam quotannis renovatam. Metuo vero ne quod actuari sumus non agamus, & infra defuncti merita nostri cadant dolores. Absorbentur vasto temporis hiatu lachrymarum fluvii, & languide tandem lugemus, quæ sæpe luximus. Fallor vero annuus mœstæ solennitatis recursus istum portendit luctum non perituram, quem anniversarii planctus reficerunt. Attamen haud impium est timere, ne sicut in vivente non satis sumus gavisi, ita amissum non satis defleremus: raro enim bono principi justa doloris pendimus tributa, nisi cum malum sentimus: Si Jacobi obitum Britannia non lugeret, ipsa Europa Præsidium ageret, & publicæ pacis arbitrium, clarum ingeniorum solem, purum soliorum lumen, extinctum perenni fletu prosequeretur: Liceat enim, quibus pacem in propinquo non fas est contingere, solium pacificum eminus adorare, & qui sæpius Adamantinam Martis tunicam, quam

Plutus

Plutum in Irenes gremio consopitum sunt intuiti, regem ad pacem, prudentiam, pietatum factum venerari; liceat, qui coacti vel vitia vel virtutum umbellas coluerunt, lubentes concordem virtutum chorum admirari. Vidimus (auditores) in uno pectore, perfectum regiarum virtutum exemplar, mundi imperio parem animum, cui summum decus & multa scire, & multa regere. Invenisse alii pacem sed concitant bella; quam pacem vero Jacobus invenit nutantem, veddidit certissimam. Nec pax nostra vel sanguine vel prece empta, sed prudentia confirmata, Pax in cœlis gloriosa, in terris charissima; hinc bellorum procellæ suavi concordiæ rore deliniti, & desidentes, invicemque suspecti animi grata quadam valentia constricti. Quid imperio potuit accidere gratius, quam semotissimam Britanniæ partem, unde cladium expavimus diluvium, a cædis antro in pacis munimentum convertere? hic jucundissimus studiorum fructus, interna quies, externa securitas; quæ, quasi fœlicis imperiorum genii, instabile tyrannidis non contingunt solium, sed regna, virtute duce, comite prudentia vigentia, cladibus liberant, faustitate decorant. Liceat illis qui invisi formidantur, & invidentur, quia formidati sanguinem sitire, & sanguine satiari; Jacobo placuit universa tranquillitas, & sanguinis etiam vilissimi parsimonia. Vulneri vero patet, qui clypeum abjicit; & frustra bellum odit, qui hosti inermis occurrit: hoc vero regiæ prudentiæ opus, Martem Minervæ auxilio superare, & dum paci studet bello imperare; hinc portus munitii, exercitus instructi, enses & in hostem stricti, & tanquam publicæ pacis monumenta, intacti posteris relicti. Quoties (auditores) adulatorum derisi vecordiam? vatorum impudentiam? qui fucatis cupiunt laudibus luctus extorquere; & animos odio accensos, ad comprobandum persuadere: in studium est, bonum principem non amari, difficile est malum non invideri. Conticeant vero linguæ, mentes loquentur, & quamdiu pax, prudentia, pietas, in pretio apud Britannos erit, suavi cum oblectatione Jacobi nomen audietur. Certissimum est affectuum vinculum, vestiorum meritorum igne, aliorum affectus inflammare, & compendiosissimum ad gloriam non moriturum iter, omnibus benefacere. Anceps vero mihi animus, an privatas magis virtutes an publicas colerem, regem an virum, decus an exemplar; quæ unita igitur splendent, disjuncta sordent, tanquam gemmulas Britannicum annulum collustrantes, privatim mirabor, publice

publice venerabor. Quidquid ingenii vigor, quidquid patriæ amor, quidquid utriusque fortunæ documenta in regis *decus conferret,* Jacobus *meruit. Alios opinio, alios error illaqueat; superat vero humanæ fœlicitatis modum, adeo mentis caliginem discutere, ut sine fumo flammam ingenii videaris accendisse. Quid vero, in hac mentis caligine? Quid erroris perversitate mersum? dum inter cœlestia est versatus, non terrena latuerunt; nec dum terrena tractaret, cœlestium est oblitus. Mireris vero, unde a solii spinis tanta mentis tranquillitas, tantus ingenii vigor, ut idem caput tam cathedra, quam tribunali dignum, tam foro præsideret, quam Lycea. Unde autem ille regis stylus? qui plura summi ingenii monumenta literis mandavit, quam alii legerunt, & quam omnes antiquorum principes produxerunt. Vestræ vero gratulemini felicitati; quod majores vix ausi sint sperare vidistis, successivum trium principum in literas pietatem, in Academias munificentiam, quas in cunis fovit* Elizabetha, *in adolescentia instruxit* Jacobus, *in virili incremento* Carolus *confirmavit. Abijt vero eclipsis memoria, ne solis iterum splendentis non patiatur reminiscí.* Vivit post funera virtus: *in exemplis vivus, in mentibus vigens supereſt* Carolus, *paternæ virtutis idæa; tali enim dato successore superstes videatur* Jacobus, *non extinctus. Dixi.*

Elizabetha Anglorum regina.

EA est virtutum sors (auditores) quæ parentum, etiam in prole florere, nec post obitum penitùs interire. Inter posteros gloriæ virtutis progenies est, & perenne dignitatis monumentum. Summorum virorum lapsus, audacter assero, citiùs apud sequentes ætates oblivione tegi quam virtutes; vecordiam itaque eorum proscribamus, qui cum præsenti vitâ credunt celebrium facinorum memoriam extingui; & ex hodiernæ solennitatis instituto, quis non mihi suffragatur? ubi consta-

Elizabethæ memoriam post funera splendidiùs florere, nec ullo monumento compensari posse nisi æterno. Quicquid supremum virtutis fastigium; quidquid flagrantissimus pietatis ardor; quidquid celeberrima inter posteros munificentia meruit; hoc princeps exigit. Sileant *Semiramiden Babilonii*, *Tomyrin Massagetæ*, *Zenobiam Palmyreni*: sordent harum fictæ vitiisque confusæ virtutes, nec merentur laudes, sed rapiunt. Ea verò monumenta, quæ adulandi fugiunt prætextum, fingendique carent obsequio, celebrant *Elizabethæ* memoriam. Fingite vobis principem, cujus nutu totius generis humani vicissitudines regantur, cui talis laudum concentus eveniat, qualis invidiæ silentium imperet, cui denique omnia sæcula Palmam ferant, huic potiùs parem fingetis quàm majorem: Incidit in sexum (auditores) tàm togæ quàm sagi incapacem omnium virtutum tàm in pace quàm bello splendentium, consensus, concertatio, victoria. Nec, dum magnanimam dicis, detrahis à lenitate: nec, dum piam, à prudentiâ; nec, dum mulierem, à majestate. Ac sanè inter summa & perpetuò victura facinora nihil hôc strictius æmitati jungitur, quòd se non minus patriæ genitam credidit, quam sibi. Non commemoro quæ bella gessit, quos hostes devicit, quos motus pacavit; hæc, etiamsi in laudem efficacia, robur sine pietate præstitit. Ortûs etiam splendorem taceo; fontes enim repetere prolixum, ubi continuò fluxûs tenore, scaturigines & virtutem colligunt & amplitudinem. Frustrà etiam formam, pulchritudinem, decorem laudarem; hæc quasi cum pes-

simis communia, diuturnus temporis tractus detersit; porrò tenuiores virtutes ampliando, incassum tempus contererem; quippe clariores obscurant. Est enim eadem virtutum sors, quæ syderum, exilium fulgori grandiores officiunt. Constat eam supra sexûs infirmitates, sapuisse, vixisse, gubernasse. Inauspicatum sanè genti extitisset, sexus injuriam hujusmodi mentem à castris prohibuisse, si animus sexu elatior, non magis consilio valuisset, quam armis. Ire per singula vobis prolixum, mihi inconcinnum; duas itaque vitæ periodos observate; à cunis ad sceptrum, à sceptro ad sepulchrum: hîc patientiæ, inter adversa, victoria; illic, fortitudinis, inter pericula, triumphus: Primam ætatis facem variæ calamitates exceperunt; Maris verò tranquillam temperiem, antegressæ procellæ commendant, & ad ampliandam futuri imperii celsitudinem, hæ procellæ præcesserunt, ut omnigenis virtutum subsidiis instructa, nec in adversis constantiam exuere disceret, nec in prosperis timorem. Singula etiam regni lustra, singulos protulerunt molestias; invicta tamen pietas vel prudenter evasit, vel fortiter superavit: adeò felici stipantur successu solia numini cœlesti charissima, ut pietate magis quàm viribus suffulta, perfidiam premant, insultus spernant. Quid unquam *virorum* imperio speciosius, quàm regni confinia protegere; afflictarum gentium se tanquàm aram & asylum gerere; imminere perfidis hostium regionibus, hostilesque fremitus armis comprimere; Actum erat de patrum vestrorum salute, si hæc regio non à cœlo data fuisset: Quippe militiæ antiquum

tiquum decus, classi inauditum anteactis seculis robur, Musarum imperio veterem splendorem, restituit. Novit illa nullum seculum sine doctrinâ summum, nullam ætatem meliorem literatâ: Maritima receptacula munimentis instruxit, ne & suos negligere videretur, & hostes allicere. Nummorum valorem, ut bene agendi æqua præmia non deessent, correxit; & mercaturæ dignitatem, tanquam à pulvere evexit. Mirentur posteri quàm fidâ custodiâ, lignea mœnia ut apud *Athenienses* olim, *Angliam* tuebantur. En eam ætatem (auditores) in quâ artibus, pietati, legibus, debita veneratio mansit; inque sempiternam principatûs memoriam, modestiam, justitiam, benignitatem, in propatulo habuit, nec non ingenitam illibatamque fidelitatem. Nec subditis solum jura dedit; sed minus sibi quam subditis licere existimavit. Scitis verò ubi verissimus, ubi primus principis honos, tranquillam pacem, non subditis solum, sed posteris creare. Magnum quidem est educandi incitamentum, tollere liberos, in spem piæ & securæ libertatis; nec fortunas solum sed quietem, quasi hæreditario jure relinquere. Nec inter suos *Elizabetha* quàm peregrinos clarior, sed *Africani* illius æmula omnes Barbaras gentes sui habuit admiratores. Hæc parca laus acti imperii, nec minor relicti. Quippe certissimum florentis imperii pignus similis successor, talem meruit, talem designavit, adeò ut gens Anglicana ex solis occasu potius luminis augmentum sensit, quàm defectionem. Dixi.

Ad *judices* annuum regni-lustrium peragentes.

Non peccamus in virtutes vestras (venerandi justitiæ, integritatis, prudentiæ mystæ) dum primo vestrûm intuitu, humili quâdam admiratione detineamur, interque mirandum, in grates prorumpamus; quippe corporis decore amabiles virtutum & canitiei fulgore illustres, nec non fascibus, tribunali, purpurâ conspicui, exigitis & obsequium & venerationem. Nec facilè se coerceat exundantis affectûs magnitudo, sed dedignata pectorum latebris coerceri, læto se expromit sermone, quoties inter vestra in nos beneficia, nostraque in vos officia dividimur, & utraque pensitamus: hinc dignitas vestra procul semota colitur, & in propinquo adoratur; hinc atria & penetralia adoramus, quæ vestrâ præsentiâ illustrantur, nec purpurâ & fascibus hæremus hallucinati, quæ dignitatem mentiri possunt non conservare, majestatem ostentare non stabilire; sed prudentiæ clementiam libranti, clementiæ severitatem moderanti palmam ferimus: quæ in se quidem gratissima à vestrâ bonitate fiunt gratiores. Non nobis igitur debetis, sed pietati vestræ, quòd his gratitudinis primitiis libemus; ubi non oculorum servili officio; non fallaci linguarum obsequio; non superbienti hecatombarum pompâ, ministramus: sed mentium pientissimo fervore, gratiarum, amoris, votorum humilitate affectissimè repleto. Regiam (viri gravissimi) in vobis effigiem, regiam in vobis bonitatem colimus, per vos sentimus, in vobis legum adoramus imperium, per vos legum fruimur æquitate. Ut deputatum Naturæ *solem*

languentis

languentes terras recreantem, sic omnes vos intuemur, nec quenquam vestræ præsentiæ fulgor perstringit, quem non suæ nequitiæ perterret conscientia; Gratissimi etiam mundi luminaris instar, vos omnibus dividimini, semperque estis amantibus præsentes, dum vel vobis propinquis fruimur, vel redituros speramus. Quod solum igitur nostrum est, gratias agimus, & quoad vires, referemus, nec gratulationis errorem metuamus, dum extremi gratulantiam conatus vestris meritis sunt angustiores, dum pia gratitudinis devotio, suas exprimendo vires, se à crimine absolvit. Sed nec fortuna vestra desiderat remunerandi vicem, nec nostra suggerit. Ea est privatorum copia, inter se officiis concertare; sed vestra beneficia, ut dignitate præcellunt, sic mutuum non reposcunt. Illi, quam distribuitis, justitiæ opes, quibus etiam vitas debemus, quarum, vestrâ prudentiâ, est tuta & secura fruitio. Nec, in hoc virtutis sacrario solo, gratitudinem profitemur, sed in omni loco, quem refocillans justitiæ influxus pertingit. Nec linguarum solum fuco, & fictâ lætitiæ promptitudine agnoscimus, quam bonitatem persentiscimus, sed quod in cœlos fieri solet, meditando copiosius, quam enarrando: gratulantes itaque admittite tam tacentes, quàm loquentes, tam remotos, quàm propinquos. Quippe omnes loci, quasi vestro numine fœliciores, expansis affectibus produnt gaudia, huic tribunalis quædam lætitia, quod suscitatis legum viribus amabile præstitistis; forum jam justis lætius decretis, quàm alibi mœstis horridum querelis; in viis, concursus plurium gratulantium neminem patitur solum gratulari, quasi tutelari enim Mercurio munitæ nec latrociniis horrent, nec injuriis mœrent, Ædes vestris au-

ſpiciis aſylis fiunt tutiores, lecti etiam ad quietem dati, veſtrâ reddantur prudentiâ ſecuriores. Pectora denique edacibus extricata timoribus veſtrûm perpetuò vacant memoriæ. Et veſtrorum meritorum contemplatione exercentur. Aſt qui ſolùm beneficia commemorat, nunquam compenſat: poſt ultimos gratitudinis labores non ſumus, adhuc ſolvendo. Reſtat nobis igitur perpetua debendi neceſſitas, vobis perpetua bene agendi gloria. Dixi.

Proditio Papiſtica.

EAdem eſt ſæpiſſimè deformitatis ſors, quæ pulchritudinis (viri purpurâ, ſtemmate, pietate inclytiſſimi) utráque penecilli exuperat artificium, utraque contemplantis fatigat oculos, illa ſquallore, hæc ſuavitate; nec minus torquetur exprimentis ſolertia per virtutis decorem, quàm nequitiæ turpitudinem. Inanis igitur operæ videretur noſtræ in dicendo tenuitatis cauſam agere, quippe hodiernum ſcelus acturum eſt, in quod nec ſatis vindicabit loquentis lingua, nec audientis odium. Satis vobis, ſatis ſemotiſſimis terræ incolis innotuit hodiernum facinus, cujus horrenda & inaudita barbaries omnium ſeculorum ſcelera ſilentio multavit; ſupra tàm pœnam, quàm exemplum perfidia, & centrum in quo omnia coirent ſcelera. Conſcientiæ ultra amentiæ violentiam, ultra furoris crudelitatem præbacchatæ, patriæ, legibus, pietati indixerunt odium, & ut facatæ pictatis larvam inducerent, ipſius pietatis interitum machinatæ ſunt,

ac

ac si scelere inchoatam, scelere confirmarent fidem: Quorsum verò castigarem illud scelus execrationum aculeis, quod truculentiores quàm vel *Oedipi* vel *Tisiphones* diras meruit? Quorsum odii stimulos acuerem, cum potius gratitudine opus, quam excandescentiâ; hoc solum mihi in votis, sceleris perfidiam narrationis fide compensare. Imperante *Jacobo* Rege solio pacifico, claro mentis lumine, summo virtutum concentu celeberrimo, ut inceptum faustissimi regni fundamentum ordinum consensu, legumque perpetuis vinculis stabilirent, convenerunt procerum flos, plebis decora, ecclesiæ lumina, de publicis negotiis deliberaturi. Multi verò quibus regis imperium odio, populi tranquillitas fastidio erat, Westmonasterium suo sceleri destinarunt, quod rex conventui more majorum constituerat, ut eodem funere rex, regia proles, Satrapæ, humarentur; ut eodem ictu leges, religio, salus conciderent, locique ardentibus ruinis subditos magistratus, rem publicam operirent. In subterraneâ enim fornice (proditionem quis miretur lucis pudere?) sub *comitiorum* ædibus reponebantur dolia plusquàm triginta, in iis electissimi pulveris tormentarii circiter pondo decies mille, super dolia trabes lignea, & quam plurima ferramenta, quæ incendii impetu sursum elata supra fulminis atrociam sævirent, & circumjacentia legum, justitiæ procerum palatia haud reparando interitu demolirentur; inde corporum strages, membrorum lanionæ, discerptorum ossium confusio, tot martyres erat videre; quot cadavera, quos hoc officiosum parricidium, quasi præpropero ascensu, in cœ-

lum evecturum erat; ac si quô inferis facinus erat propius, eo trucidati cœlo propiores. Horret animus dicere (auditores) quam sanguinea procella hæc fulmina secuta esset, & quam atroces clades regnum obruissent, quæ urbium ruinæ, quæ magnatum populique cædes, quanta literarum, virtutis, tranquillitatis labes. Nec dubitandum est, quin, si hæc perfidia exitum habuisset, rex, regina, stirps regia, certissima futuræ pacis pignora, unâ cum illustrissimis regni proceribus discerpti essent, nec quenquam reliquisset hæc strages, quem vel ortus vel prudentiæ privilegium *Comitiis* dignum reddidissent. Quantum igitur vigilanti debemus providentiæ? Quantum divino patrocinio? quæ inter pertinacissimas proditorum machinas, hoc florentissimum imperium ab ingruente interitu conservarunt, & ampliſſimo pœnarum fœnore perfidorum scelus retribuerunt. Ite, delubra hostiis gratiarum saturate, indefessam numinis charitatem perpetuis encomiis adorate, &, si possitis, tanti beneficii characteres posterorum mentibus imprimite. Ea est enim hujus beneficii gloria, quæ nec vetustissimis antiquorum annalibus nec superari potest, nec æquari. Ingeniosæ *Neronum* occidendi methodi, *Siculæ* tyrannidis peritia, cavatæ *Persarum* scaphæ, aculeata Pœnorum dolia sceleris quandam pudicitiam & infantiam exhibuerunt, & debilem quandam crudelitatis delinearunt effigiem, hoc nequissimum flagitiorum compendium sceleris robustam maturitatem produxit, eam certam trucidandi artem invenit, quam nec evaderet quisquam, nec præveniret. Aliorum scelera

in

in homines sævierunt, hoc in cœlum, alia in hostes, hoc in patriam, alia odio stimulata, hoc amore delinitum. Homines vetò callidissimè impudentes! Frustra adversus tantam sortem dimicabitis; ipsi cœli tuentur. Frustra adversus veritatis splendorem invehimini, variis miraculis defensionum illustratur, qui proditionis fraudes, errorumque spernens malitiam, & sapientes devicit, & dæmonas oppressit. Sortitum est hodiernum scelus vestrûm non morituram infamiam, veritatis non perituram gloriam, & *Vestalis* incendii instar, perpetuis odii flammis in *Anglorum* pectoribus reviviscit, nec nisi cum ipsâ gente extinguetur. Dixi.

Invidia scelerum nutrix.

Meruistis (poetæ) fidem, dum vitia sub monstrorum specie depingitis, dum portentosæ alimenta, ædes squallentes, omnesq; gestus quasi in horrorem compositos auditorum mentibus insinuatis; quippe scelera generi humano inimica, virtutis candori infensa, mentis quieti insidiantia non aliud meruerunt penicillum, nisi quod atro dedecoris succo fœdatur. Unicum (si placeat) cæterâ æquitiâ supergressum, hujus cœtus censuræ subjiciam. Invidia est (auditores) cujus nomen, nisi præfatâ patientiâ, vix proferre ausim. *Quid virtuti obstruit? Quid ingenuos affectuum impetus enervat? Quid æqui boniq; aspectu impatiens summam sanctimoniæ puritatem, celebriumq; facinorum gloriam tetro dedecoris fœtore pollut? si diteſcas odio, si sapias livori, si pietate*

polleas, calumniæ obnoxius es, nec quisquam à invidiæ telo securus, qui non scelere sibi infestissimus. Sunt morbi tam ægrotanti pernicioſi, quàm astanti lethales illum dolore torquent, hunc venenato afflatu perfundunt: ita invidia non minus sua intestina excruciat, quàm aliorum tranquillitatem perturbat.

Ex inopinato gravis intonat, & rade murmur
Turbinat introrsus, alternantique furore
Sævit, & infuscat, ceu *Martia* classica pulset.

Quod de quibusdam pharmacis medici perhibent, in uno complurium vires latere, hoc de scelerum coryphæo dicam, irarum stimulos, odii pertinaciam, ambitus sitim in eodem gremio fovet, etsi enim imbecillus hujus affectus vigor suis plerunq; nec consiliis nec votis respondet, humiles enim duntaxat animos habitat, frustraq; in altissimos dirigitur: denegat etiam summus rerum humanarum rector summo sceleri summam potentiam, ne turbines & procellas concitando sacra profanaq; misceret, attamen si licentia adesset, sævus, ambitiosus, injuriæ ultra satietatem avidus foret, quid non fluminis instar castigantes riparum obices everteret, non prosterneret? quid terræ motus instar ex cavernis erumpentis, non obrueret? Scelere vulgari assurgunt altiores invidiâ perculsæ mentes, & serpentis ritu venenum emissuri, usq; in suum extumescunt interitum. Eisdem malignis vivibus & basiliſci & invidentis oculi inficiuntur, eodem noxio aspectu visorum saluti insidiantur, & quod mentibus pietate imbutis affectissimos doloris aculeos concitat, aliorum miserias intueri, hoc invidis mancipiis gaudii favillas accendit, nec major inter mortales

mortales nequitia est, quàm lætitiæ materiam ex alienis calamitatibus eruere. Ecce vero aliud egregium invidorum facinus, si enim ulla mortalium vota ipsò cœlo maleficia deduceret, invidorum vota deducerent, qui aliorum fœlicitatem ægris intuentes oculis hinc petunt infortunium, unde mortale genus solam tranquillitatem speraret; ipsi infœlices neminem alacriter aspiciunt fœlicem. Nonne cædes & rapinas concupiscit? Nonne gentes ad arma stimulat? mutuâq; strage calentibus insultat? Nullum mortales deprecantur infortunium, quod non exoptant invidi. Quid Carthaginem Romæ? *quid* Spartam Athenis? *Quid* Italiam *orbi terrarum fecit æmulam? nisi sceleratus ille affectus, qui miseriæ flammas excitat, ut in incendio exultet. Inter hosce tamen gratissimos calamitatum intuitus* invidia *non saturatur, quippe phthisi laborantibus haud dissimiles inter lætissimas dapes marcescit. Si itaq; hostibus infœlicissimam sortem exoptarem, ut mihi invidérent, efflagitarem, inde enim opulentum cruciatuum thesaurum, inde amplissimam scelerum congeriem in seipsos cumularent. Nemo enim aliis scelestus, qui non sibi perniciosus.*

Amicus alter ego.

UT verè ingenuitatis verecundiam agnoscam (juvenes dilectissimi) audire *amicitiæ* laudes malui, quàm dicere; & potius aures, quàm linguam in his solennibus (ubi tot aureæ facundiæ columnæ circumstant) exercere. Imperat verò meo pudori vestra dignitas, & mehercle vel superbus viderer, si hanc provinciam

ciam effugerem, vel inhumanus, si recusarem; quippe amicitiæ jura violavit, qui *amicitiæ* dignitatem non vindicavit. Prodeo igitur in hoc theatrum, ut & vobis expandam, quanti eos habui quorum vestigia sequor, & incitem eos qui sequuntur. Quid vero est quod molior? amicitiæ effigiem; opus vel *Myronis* officinâ dignum, vel *Polycleti*; & de quo non indignè (ut ille quondam) pronunciemus, vel numinis opus vel *Apellis*. Quippe hoc centro nullæ non coeunt virtutes, hoc nexu familiæ, civitates, regiones, nec non totius orbis Fabrica cohæret. Concordiam in terris exoptamus; in elementis miramur, à cœlis discimus, & pulchrius est omni trophæo; celebrius omni encomio, hanc inter mortales stabilire, quæ præcipue apud cœlites celebratur; soli, aëris, lucis commoda ignorat, qui amicitiæ utilitatem non didicit. Et quàm eximiè sapientiæ conducat, videte; quanti vobis estis, tanti etiam sunt amici: anne consilium tibi suggeris? suggerit amicus; Anne solatium? hic solatur; Anne tutelam? hic tutatur; cordis, cerebri, hepatis vice, vitam, spiritus, calorem, suppetit. Pulchrum est illum habere, quem præsentem complectaris, absentem concupiscas; à quo divisus, à teipso videris distractus; cùm mens dubia consilii inter ambigua fluctuat, hic stabiliet; si mœrore subsidat, hic sublevabit; si errore diffluat, hic confirmabit; ac si perfectionem amicitia adderet iis numeris, quibus (si veteribus credamus) animæ totius dignitas absolvitur; hic denique ventus est, quo ad honoris, opum, favoris portum mortales appellunt. Querimur verò mortales,

les, paucos si non omninò nullos inveniri fideles; hic enim blanditur, non diligit; ille potius φιλοβασιλεὺς, quam φιλαλέξανδρος; alius commodo inhiat, non amicitiis. Etramus (auditores) vel deligendo amicos, vel tractando; verum cur ab aliis non audimus? quia ipsi non dicimus; fides cur negligitur, quia non præstatur: fidelem quem putaveris, facies, non pauci vero fallere docent, dum timent falli. Multi quidem amicitias non nisi atrati contrahunt, ut olim *Athenienses*, ac si potius hostes evitarent, quàm amicos colerent; alii amicitias joco dissociant, dii boni, inquit *Lysimachus*, quam indigna voluptas præcipuam pessundat fœlicitatem. Indigent fateor protervi hujus sæculi mores efficaci illâ *Romanorum Viriplacâ*, quæ simultates fugaret, concordiam foveret; quæ furibundos mentium motus comprimendo, veri amoris dignitatem eveheret, adeo ut tandem, quantum mortalis mortali prodesset, plenè innotesceret. Malus malo nocet, & facit pejorem, iram libidines fastum concitando, voluptates laudando, nequitiæ assentiendo; Et tunc maximè adolescunt mali, ubi plurima sunt vitia, & in unum collata scelera sunt. Prosunt è contra boni, inter se enim exercent, agitantq; virtutes & sapientiam in suo statu continent. Non inepta sunt nautarum omina, qui, si *Castoris* & *Polucis* ignes divisim appareant, procellas; si conjuncti, tranquillitatem prædicunt. Quos (quæso) non expectet procellas, cui evanescit amicus, metum amici præsentia dissipat, pericula frustratur, insidias prævenit; denique frustra Eurialos, *Pythias*, *Piladas*, audivistis,

frustra

fruſtra *Thyeſtæas* epulas, *Bellerophontæas* litteras, *Lycaonis* obſides, ſi nulla apud poſteros amicitiæ gloria, vel perfidiæ infamia. Amicitias, quærite igitur & contrahite, amicos colite, & amplectimini. Arborem plantare ſatis non eſt, rigare debetis, putare, & pertinaci cultu quidquid ſperatis, urgere.

Nemo naſcitur artifex.

Nec infimarum virtutum radices perſtringere fas eſt, nec à ſummarum gloria detrahere; utriuſq; magna eſt admiratio, cenſura difficilis; dum artium & virtutum incunabula contemplamur, miramur incrementa; quippe addit natalium humilitas augmenti claritati. Voluit ſupremus artifex, *quid & virtus & cura valuit oſtendere, dum genus humanum, ſicut cætera animantia, debile, & infirmum finxit, nec arte, nec prudentiâ imbutum, nec phalaricis, nec telis inſtructum; ut exinde celebrius clareſceret. Ab imo fundamine ingentia excreſcunt molimina; Surgunt ædificia à luguriis in palatia; habitacula à pagis in urbes; nec mens aliter, quæ depoſitâ prætextæ inſcitiâ, ſenſim in adultas vires matureſcit. Sicut enim per compendia ad divitias properatur, ſic connexæ educationis artes ad ſummum peritiæ apicem mortales ab imâ inſcitiæ abyſſo emergere docuerunt. Primò fari, poſtea eloqui, deinde ſolutâ & ligatâ facundiâ clareſcere diſcimus, nec adhuc ſubſiſtit diſcendi curſus, nec ſedulitatis fervor: linguarum diſcrimina, philoſophiæ myſteria, artium praxeis exigimus: adeo ut dum prior ætas exhibet initia, grandior promoveat conatus, donec*

qui

qui balbutiens invenitur infans, facundus relinquitur orator, perspicax philosophus, celebris mathematicus. Quisq; à suis conatibus potius quàm ab ortûs splendore peritus nominari meruit. En unum Socratem cui mediocris Sophronisci eruditio, nec artes, nec philosophiam posset imprimere. En illa antiqua facundiæ decora, quorum in dicendo, Venus, ardor, majestas imperitis imperant auribus: concatenata disciplinarum series, studiis, exercitationes institutione famulantibus, horum mentes, gloriámque perficit. Non sufficit menstrua duratio ad formandum embrionem, primo nervorum, arteriarum, venarum, radices; dehinc ossa, caro, totius denique machinæ compages in perfectionem finguntur, postea perpetuus vigendi tenor absolvit virum; nec aliter artes quam ipse artifex augentur, quas non subitaneus decorabit introitus, sed pertinax laborandi propositum. Incumbit itaq; vobis (juvenes) summum vigendi studium, ad palmæ incrementum oculos convertite, ingeniorumq; menstruum fructum protrudite, nec naturam novercam, sed matrem agnoscite, non perituros vos deserit, sed educandos exponit. Fulgentia exemplorum lumina, & frequentem auxiliantium segetem habetis; qui perspectâ vestrâ industriâ, stimulos addent, & incendia adhuc languentia excitabunt. Quis celebris nominari meruit? ab imo emersit. Quis non suprema attigit? infima contempsit. Ad priora sæcula mentes assurgant; si Catonem in cunis vagientem vidistis, cernatis & in senatu consultantem; si Apellem fasciis involutum, cernatis in officinâ totius mundi oculos attrahentem. Siracusanus ille artifex à puppis & crepundiis ad globos, & cylindros, dehinc ad stratagemata sulmen æquantia, hostileſque motus comprimentia,

primentia, excrevit: adeò ut nec pueritiæ quemquam pudeat, quem decoravit juventus; nec virile decus quemquam in tumorem evehat, qui introspicit infantiam. Pulchra etiam & ordinata hæc compages, à rudioribus fasciis ad quendam claritatis florem processit, sic vestium concinnatus decor, sic navigandi peritia, sic pingendi, sculpendiq; artificium. Quantum itaq; (mortales) artibus *debetis? quæ inculta & impolita* naturæ *opera, à tronco & imperfecto exordio ad encomia censuris majora crexerunt.* Artium *spectatis vires*, artes *adorate, ex vestris conatibus videant posteri, nec* naturæ artem *defuisse, nec* Arti naturam, *nec vobis* adolescendi *studium.*

An aurea libertas auro pretiosior omni? aff.

QUisque suarum calamitatum nimis sedulus enarrator (*auditores mansuetudine, pietate, clementiâ conspicui*) & cuique sua miseria præcipuè calamitosa videtur. Inter omnes verò constat nostram infelicitatem esse cæteras supergressam. Satis est, dixisse nos eam amisisse libertatem, quam omnes mortales ambiunt, nosque jam amissam maximè æstimandam comprehendimus, ideóque enixè aliis commendamus: nec opus est *Auriti Apollinis* judicio, quippe nullis unquam rebus approbantium judicia desunt, quarum narratio mentem repentinâ delectatione perfundit. Unica hac voce (quod semel à *Cæsare* factum legistis, dum tumultuantes legiones *Quirites* appellavit) cunctis adversantium susurris silentium incutiam. Huc tendunt omnium

morta-

mortalium vota, molimina, preces; huc pro uris focisque contentiones, huc hostilium insidiarum oppugnatio, ut tranquillâ potiantur libertate: hinc prima Romanorum cum finitimis concertatio, ut tuerentur libertatem; nec unquam solennior apud *Græcos* acclamatio, quàm cùm gratissimâ præconis voce enunciatum. *Sit Græcia Libera.* Quid sanctius? quid charius? quid libertate gratius? Quid servitute gravius? quid truculentius? quid à naturâ alienius? Insevit etiam natura belluarum pectoribus anxiam libertatis curam, libertatis etiam cum vitæ dispendio tutelam, & in ipsâ morte catenarum odium acerrimis morsibus proditur. In uno enim carcere omnes miseriæ, fames, cruciatus, sordes: hoc etiam in ipsâ peste gravissimum custodiæ & solitudinis necessitas. Captivorum vultus perpetuâ nocte cooperti ad perennes mœrores alligantur, nec concipiunt rimam quâ gaudium introeat. Hæc verò vobis ludibrio, juvenes, & dum nos perimus, vos luditis: homines estis, in terris ætates agitis, quare humana vobis aliena? Specioſi quidem fortitudinis ostensus irretiunt imperitos: aliud verò est inscitè philosophari, aliud miserias perferre: facilè spernatis calamitates, dum non sentitis: tormenta, fames, solitudo, levia videntur inexpertis, & quicquid ipsa natura cum horrore refugit, cum risu jocoque tractatur: ita semotâ miseriâ insolescunt, ingruente fatiscunt. Exuant verò, si felicitatis tædet, charissimam gentis humanæ dotem, membra tabe consumpta, colla catenis pressa concupiscant, libertatem profundant ut carcerem emant. Vos verò (*amplissimi viri*)

viri) ardorem inhumanæ captivitatis velut cinere contectum conſpicite: multa quotidie patimur quæ mente concluſa cuſtodimus, quippe exprimentis peritiam ſuperant. Hæc cauſa potius gemitu agenda eſt, quàm querelis; lachrymis, quàm verbis. Poſſemus vobis allegare amiſſum cum libertate Suadæ decorem, & calamitate depreſſos mentis impetus: aſt maluit noſtra infelicitas ſuo quietè frui ſqualore, quàm ingrata queſtuum facundiâ veſtris auribus obſtrepere. Erumpat, erumpat, inquam, in ſuſpiria pectus, manent oculi fontibus, genæ rivis; leviores miſeriæ planctibus vacant, noſtræ ſtupori: proſcriptum amicorum ſubſidium, membra morbis marcentia, oculos tenebris involutos quotidie meditamur dum ſtrident catenæ, dum inſtant equulei, dum premit fames, quid reſtat niſi luctus & ſuſpiria? Vigor omni animi calamitate carceris frangitur, effœtum ingenii acumen malorum expectatione percellitur. Si voces itaque inſolitas, ſi ſententias abruptas, ſi periodos inconcinnas audiatis, hæc carceris injuriæ tribuite: cogitationes noſtræ lanæ inſtar nigredine imbutæ non placidos admittunt colores. At non petimus ut miſeri videamur ſed ut calamitoſi non illudamur: fixè mentibus noſtris inhæret libertatis memoria, nec, ſi pectorum oppugnantium ſcrinia introſpiceremus, libertatis characteres penitus eraſos cerneremus. *Philoxeni* verò malitiâ, eas dapes ſputo polluunt quas ſibi vendicarent: metuunt ne alii libertate guſtatâ libertatis ſuavitatem pernoſcant: Vel philoſophi illius inſtar, qui *Lampſaci* excidium

flagitavit

flagitavit ne *Lampsacus* periret; libertatis odium nobis intonant ut soli libertate potiantur. Anne meruit apud vos (*servitutis patroni*) quod apud *Lusitanos Scipionis* virtus, ut carceris postes & introitus prodigioso quodam obsequio adoretis? Absit à nostrâ *Musarum palestrâ* tam deplorata insaniâ: Fatemini, nec sine rubore, igitur, quàm egregiè de mortalibus meruit libertas, cui virtus, artes, pietas, & ortum debent & incrementum: conticeant verò oratores libertatis laudes; cùm ipsi fato functi conticiscemus, audientur; & quamdiu apud *Anglos* in pretio erit patria, in pretio erit *libertas*. Dixi.

An aurea libertas auro pretiosior omni? *neg.*

NEscio quónam mortalium fato accidat (viri mente, studiis, votis liberrimi) *quod importunâ quâdam cœcitate tam faciles sint ad judicandum. Hinc proterva oritur errorum violentia, dum eæ acriter propagantur sententiæ, quibus nec ratio favet, nec pietas suffragatur: passim libertatis laudes detonantur; passim vera & antiqua severitas proscribitur, dum nec sapientum libertas nec mores veterum curantur. Obtrectatio & favor pronis auribus accipiuntur, & quicquid petulanti licentiæ placet, insanâ quadam siti flagitatur: Ast, lite nondum diremptâ, satis suæ verbiæ querulus adversariorum ambitus indulsit, satisq; fumi generi humano venditavit: hoc virtutis authoritati debetur, veræ libertatis limites designare, effrenisq; licentiæ impetus detegere; dum imperiti*

imperiti damnant, quod ipsi nesciunt, sagacioribus defendendum quod ipsi nôrunt. Fallacem (libertatis assertores) *evehitis libertatem, solidam negligitis, quæ amittitur dum injustè retinetur. Genio indulgere, luxui, ventri, palato vacare ferme dixissem veri imperii normam abrogare, hæc vestra decantata libertas. Esto, fruantur, licentia mancipia suâ licentiâ liberam & solutam ætatem agant, sine legum, rationis, virtutis curâ, in extremam lasciviendi rabiem prorumpant; quod soli gentibus barbariæ innutritis sanctum prosequantur, non adhuc servitutem excusserunt. Nobis sanctior & severior mens est, quæ nunquam libertatem à virtute divellit, nec virtutem à libertate. In* Academiâ, Stoâ, Lycæo; *non in scenâ, popinâ, theatro, quærimus libertatem, ubi indomitas mentis cupidines, iræ, odii, libidinis stimulos frænare discimus. Constat, ibi mentem miserrimè servire, ubi corpus liberrimum; nec latissimam imperandi potentiam à jugo servitutis immunem esse. Contendunt violentia & fortuna victrices Romanorum aquilas, per orbem terrarum circumferre; splendida, nobis judicibus, peragunt latrocinia: deglutiant Macedonum phalanges Orientis opulentiam; quò latiùs grassantur, eò existimamus illos impotentiùs servire. Excutiant barbaræ gentes Græcorum jugum; hinc artibus, prudentiæ, legibus valedicunt, & magis importunâ male agendi patiuntur licentiâ. Quis vestrûm tam indomitè nequam, qui in dissolutè vivendi ambitu ponit libertatem? hoc quidem belluis solenne, latè, liberè, crudeliter grassari, nec carceres nec catenas perferre: at generi humano longè celebriorem naturæ contulit libertatem, quæ à catenarum pondere colligit virtutum documenta, nec unquam carceris augustiâ*

pietatis

ietatis exercitio prohibetur. Belluarum verò exempla vos vendicâstis! ite, belluas jactate, harum vobis vestram metimini libertatem, eos magis profugos adorate (nemini enim licentiâ charior) qui per orbem terrarum liberè volitant: foris quidem liberi sunt, nimisq; noti; domi etiam servi, & prorsus ignoti; & quanto magis solute vagantur, tanto magis indomitæ serviunt cupidini. Ast ne fraudi prætextus abesset, lachrymis etiam & planctu causas agitis: Nemo enim cautiùs fallere videtur, quàm qui lachrymis illaqueat intuentes; lugubre (mihi credite) vestræ facundiæ aucupium incautis & parùm scienter philosophantibus imposuit, qui catenarum stridore pallent, cruciatuum expectatione contremiscunt. Nos verò didicimus irretorto oculo vincula & tormenta intueri, & nec custodiæ nec equulei metu mentes deponere: hæc corpora in catenas conjicite, hinc speramus somniora virtutis exercitia, hinc patientiæ fulgorem, & triumphum. Custodia est eximia patiendi, vereq; vivendi magistra: hanc supremam putamus fortitudinis gloriam, sentire mentis ardorem; ex opposito adversorum frigore, magis incalescere. si eximatur vivendi facultas, non exuemus moriendi constantiam; discrimina non trepide fugiemus, sed subeundo illustrabimus. Militiæ exulamus? pace claréscere studebimus; officia si civium adimantur, hominum agemus; si forense nobis indicâtur silentium, tacitâ domi fruemur conscientiâ, amicisq; privatim operam navabimus; si non libertate liceat, servitute claréscemus. Induimus, ut vidistis (auditores) philosophi personam, sapientis constantiam, verè liberorum effigiem, quibus nunquam benè agendi via obstruitur: Non quòd ad tam eximium virtutis fastigium adhuc

huc perveniatur, sed ut videatis ad quàm splendida spiramus, & quàm inclytum mentis tenorem ambimus. Hoc vera sapientia exigit ut animos vindicetis in libertatem, calamitatesq; sine servili submissione subeatis: Quod coactè igitur ab aliis faciendum, nos sponte perficiamus. Dixi.

Eruditio suam causam agit contra indoctos sive Pallas *contempta.*

FOrtuna præsens (ingenuæ Musarum soboles) & magnificè me loqui prohibet & ornatè, nec non, protervus calamitatum tenor potius querelas quam animos mihi fecit. Inflatus fœlicitatis ambitus verborum se explicat insolentiâ, depressa vero miseria humilitas celari maluit quam ostentari. Variis equidem (juvenes) distringor affectibus; in majores amore in posteros irâ; quippe illorum non minus clarui officiis, quam horum vilesco contemptu. Gravissima est depressis amissæ dignitatis memoria; nec quicquam mortalium generi calamitosius, quam fuisse fœlices. Lacrymarum itaque fluenta non verborum ampullas, periodos suspiriis abruptas, non Facundiæ *Veneres* expectate. Quid summus didicit luctus, nisi fletibus vacare? Quid acerbissimus dolor, nisi suum casum lugere? Exaruêre fontes *Musis* sacrati; montesque *Minervæ* sodalitio celebres sunt vepribus, quàm aris frequentiores: viæ quondam *Mercurii* patrocinio tutæ penitus latrociniis horrent barbariè insolescunt. Antiquus literarum decor, tam contumelia multatur quàm exilio illo-

illorumque etiam conſciâ heroum propagine, quos in cœlos evexi, ſummâ laboro paupertate. Dum vaga Iſidis rubies cœlo donatur, conſtans *Minervæ* pietas ad *Anticyras* damnatur. Exciderunt è præcordiis veſtris mea merita, & ac ſi timeretis fauſtitatis diluvium, voluntarias ſubitis clades, lubentis mancipia ignorantiæ. Periit aurei currus, periit natalitiorum fides, periit vetuſtatis obſequium; quod tanquam viliori ortu indignam me à Jovis cerebro credidit enatam, longo, mihi credite, temporis tractu deflagravit pietatis ille fervor, qui ſacratos hoſce poſtes proſtrato coluit affectu. Ea verò jam mea ſors eſt, ut quantum ortûs mihi addidit nitor, tantum faciei ſqualor denegavit, & in hanc calamitatem me traxit miſera ſenectus; ut & fœlicitatis ſuperſtes forem & cultorum, & ne non eximiè miſeræ viderer, inutilem audio & ſceleſtam, ac ſi pulchrum eſſet ignorare, nec pudeat indoctos inſanire. Quænam verò, dicite, noſtra inutilitas? Nonne intacta muſarum caſtimonia vel faſtui veſtro inſervit, vel libidini? Cujus tandem erroris conſcia ſum, niſi pietatis in ingratos? Quid in genus humanum patravi. Anne leges, pacem, quietem violavi? Anne à virtutis decore aberravi? Dum cordatus literarum cultus perenni durationis gloriâ triumphavit, quis inde fœlicitatis iniit aleam? Cui, ſi non mihi, leges, pacem, artes, debetis? unde ſcientiarum lumen? unde *Naturæ* myſteria? unde facundiæ nitor? In recondita telluris penetralia, in remotiores cœli plagas, in expanſos aëris tractus penetravi: inde metallorum vires, aſtrorum

rum motus, meteororum vicisitudines explicavi: concretos grandinis globos, mollitam nivis lanam, tumentes ventorum uteros lascivis philosophorum quæsitis subjeci; hisce vires, oleum, molimina impendi: ac si mihi disquirendi pensum, vobis fruendi gloria relicta esset. Nôrunt primævi barbariei osores, quantum inter mortales *eruditio* valuit, qui solutam & vagam exosi vitam, sanas disciplinarum scaturigines effoderunt, nec minus scientiâ claruerunt quàm virtute. Degeneres avorum posteri! dum antiquorum suffragamini vitiis, haud toleratis virtutes; Sordidæ ingeniorum fæces suæ sunt incapaces fælicitatis; abeant verò sacra profanaque misceant, glandibus iterum vescantur, infraque belluarum sortem delirantes, vestium, legum, religionis, curas exuant; citiùs nostra beneficia æstimabunt carendo, quàm fruendo. Iræ verò stimuli se reprimant; faciliùs generosum pectus misericordiâ commovetur, quàm furore: miseret, herclè, me vestrûm miseret, dum tot incautos suæ fœlicitati insidiantes conspiciam, qui, petulco saginati otio, ea calce petunt ubera, unde & vita erat quærenda & solatium. Pulchrum est incultas dolare mentes, & sylvestres stirpes in benignius solum transferre, pulchrum & invitos ad sanam mentem trahere. Non indignum igitur cœlitibus (eximie literarum mysta) suscepisti provinciam, cujus fidei patrum spes, familiarum columnæ, reipublicæ semina concreduntur, succedant inter ingratos insciorum neglectus, succedant, precor, supra mortalium vota tanti labores; conspicis triumphalem juvenum coronam

quibus

quibus è meliore luto *Titan* formavit animos, & quos tàm ignaviæ pudet quam inſcitiæ; hæc tenella indoles imperitiæ peroſa ſervitutem, tuis monitis (vir conſummate) tuo auſpicio, tuæ pietati freta excuſſura eſt barbariei vincula, & penitiſſimos naturæ, artis, philoſophiæ theſauros ſub tuo vexillo indagatura eſt. Quippe obſervando didicere, neminem honoribus literato propiorem, animumque vel inſcitè vel oſcitanter excultum ſuæ fœlicitati offeciſſe. Quiſque plenis votorum velis in hanc arenam deſcendit, & inſtituentium veſtigia oſculaturus eſt. Non infimus ſanitatis gradus eſt velle ſanari, nec minimum juventutis decus velle doceri. Dixi.

De peſte Londinenſi.

IN æſtuantes dolorum vortices abreptus (mœſtiſſimi Conſodales) *tremebundus hæreo, nec quidquam habeo, quod hodiernam ſoletur calamitatem, præter ipſam calamitatem; ſub tantâ quidem triſtitiæ mole, an ſubſiderem, neſcio an eluctarer. Pullatam eam cernitis civitatem, quæ ratò niſi atrata ſuas penſitat ruinas; Auguſtiſſimum illud* Europæ *emporium gravisſimo calamitatum pondere depreſſum, à ſeipſâ diſtrahitur, & viduatas ædes, templa ſitu ſqualida, vicos ſolitudine horridos, cum lugubri quodam ſtupore contemplatur; & quò prior frequentia celebrior, eò hodierna ſolitudo miſerior; hìc ſtrages, illìc fuga, alibi mœrentium tumultus, ubiq; derelictæ Civitatis devaſtatio; ac ſi vulnerata fœlicitas, non niſi mœſtiſſimè decideret. Fugâ ſejunguntur Ci-*

ves, ne perpetuò sejungantur, cessant merces, ne perpetuò cessarent, & dissipantur Musarum *sedes ne perpetuò dissipentur; ita dum florenti omnes adhæremus urbi, perituram destituimus. Non narrare verò opus est, sed commonstrare publicas clades, solitudinis mœrorem, pestis truculentiam, nec graphicè ornare sed inornatè deflere. Levior quidem est luctus, si disponas, & calamitas divulgata acerbitatis vires remittit. Habent memoriam in omnia secula permansuram priores* Londinii *clades, sed quo frequentiùs renovantur, eò acriùs perstringunt: nec rarò miseris evenit, reciprocos adversorum sentire fluxus, donec, quod miseris ultimum est, miserationem perdidêrunt, & publici luctus & seipsos ampliârunt, & privatis interdixêrunt. Miseri Mortales! quàm fallax summa vestra fœlicitas? quàm fluxa? quàm inanis? cujus rei inveniri potest brevior ætas? à cunis ad sepulchrum mille motibus stipati, pervicaces interitus causas in nostris visceribus fovemus: ne verò haud effugienda Naturæ lex, à mundiq; cunabulis sancitum mortis privilegium, nimis lento gradu nos ad interitum præcipitaret, ecce bella, terræ motus, fames, vestræ insidiantur saluti; hisce verò omnibus famulantur pestes; quippe illarum clades rarò solitariæ, bellorum furore pestium faces accenduntur, pestes famem in utero gestant, famesq; pestem vel fovet, vel accelerat; adeò ut qui solent nihil timere, cogitent tandem omnia esse timenda. Cavemus ab alimentis, alimenta enecent, amicos fugimus, amici possundent, pharmaca suspicamur, & pharmaca inficiant, nec nobis ipsi credimus, à nobis metipsis fugituri. Aër etiam (auditores) commune illud corporum refrigerium veneficii damnatur; quam*

itaq;

itaq; latebram disquiremus? quod auxilium? si ab eo elemento inquinamur quo apprimè recreamur? Quod corpora receptaculum invenient? quò sollicita confugient? si ab aëre metus oriatur, eiq; privilegio diffidere cogamur, in quo vita, salusq; constat. Nec temeritatis hos metus (peregrini) *damnate; hoc cunctis Mortalibus à Naturâ indulgetur, publicas calamitates horrere; Ipsâ quidem peste pejor, pestis metus; nulla enim immanior moriendi magistra: fœlicia calculi tormina, fœlicia capitis dolores, fœlices febrium æstus, & phthiseos detrimenta, solatrices amicorum manus contrahunt, hoc verò morborum compendium, ac si cum inopi solum & derelicto congrediretur, omnia solantium auxilia proscribit, & ne minima solatii lux introiret, ad acerbam & atratam custodiæ necessitatem alligat. Quæ comparatæ huic miseriæ non dolicatas lachrymas exigerent? Si verò levia adhuc querimur: quid peste laborantibus accidit, quod non miserrimum? ecce omnium miseram indigentiam, sola verò mors opulenta. Foris herba arescit, languent armenta, mœrent campi, intus funera funeribus coacervantur; inter uxoris amplexus decidit maritus, inter medendum medicus; parentes pignorum funeribus miscentur, & tæda conjugalis jam accensa conjugum etiam funeri inservit, & in ipso* Hymenei *limine dissociantur connubia, servi heros, heri servos ad sepulchra trahunt, & jam timerè incipimus, vel sepeliendum defectum, vel sepulchrorum. Nullus exitio vacat locus; sed peccata nostra jam falci maturæ undiq; grassata pestis persequitur, & per abditissimos Civitatis angulos disquirit peccantes. Nullâ non horâ resonant mortis nuncii; nocte, diei funera numeramus, & strages quas nox edidit, ostendit dies.*

Miseræ Civitatis reliquiæ defunctorum expectant sortem, & quotiescunq; aëri inhiamus, ne immittamus mortem, metuimus. Quales, Cœlum, mittimus ad te, tales habitus expectamus à te; funestis scelerum vaporibus cœlum infecimus, & quos nisi pollutos, recipiamus influxus? malè est iniquè agentibus, quidquid meruerunt, semper expectant, interdum sortiuntur, & quod meruerunt, augent, dum scelus scelere obruunt. Jam vacat nobis lugere pietatis sordes, luxus rabiem, virtutum dedecora. Jam quam profusè sprevimus, eflagitamus, sine remedio, salutem, nec quidquam gravius, quàm iis orbari beneficiis, quibus lascivè sumus abusi. Vos itaq; qui adhuc intemeratâ utimini salute; vos quibus continget, post tot naufragii horrores, iterum securum littus adorare, dignas tantâ bonitate rependite grates, nec pudeat vitas è mortis faucibus abreptas Deo conservatori, *dicare. Ite, templa hostiis gratiarum saturate, & ubi maximè horrendum evasistis periculum, ibi maximè duratura gratitudinis erigite monumenta. Eam deniq; vobis statuite vivendi methodum, quæ cunctis rationem reddat cur vixistis. Dixi.*

Epithalamium.

PEccamus in *heroum* virtutes, si vel imperitè tractemus, vel oscitanter observemus; celebriorum dotium imagines, ut non fuco indigent, sic imperitiam spernunt; ille solum stylus *Alexandro* dignus, qui ad *Alexandri* pertingit facinora. Pertimescat igitur (fulgentes virtutum imagines) nostra tenuitas ne horum sponsa-

ſponſalium mediocri gratulatione, ſacrilegii ineat aleam, & quantum orationis moli addat, tantum nuptiarum ſplendori detrahat, ingenua vero veſtra indoles, (ſelectiſſima conjugii decora) mihi animos fecit, quæ vota à fraude abhorrentia, futuræque fauſtitatis omina & nec à *tripodo* nec *cortinâ* didicit accipere. Auguſta *Cæſarum* proles, etiam plebe & mancipiis ſuffragantibus, non eſt ineuntis fœlicitatis omina dedignata. At quorſum benevolè intromiſſus captem favorem? Videtis (illuſtriſſimi conjuges) ſolutos in hilaritatem vultus? haud invidam videtis conſpirationem deſideriorum, quæ conjugalis numinis freta auſpicia, ultimum fœlicitatis gradum, perennem fauſtitatis tenorem exoptarunt, ſummáq; precantur gaudia, quæ vel cœlibatus ſperat, vel connubium ſortitur, nec quod deſideraſtis liberi, damnetis unquam ligati; ſed in hiſce vinculis gratiſſimam ponatis libertatem. Non irritæ verò cenſeantur preces, quas & pietas quæſivit & virtus meruit, quippe ſeculorum exempla, & virtutum compendia hæc ſolennitas conjunxit, ubi virtus pietati, prudentia virtuti, mentis indoles nobilitati, cunctiſque decora corporis forma inſervit; ubi juventam & ætatis flore pullulantem videamus, & ſenili gravitate maturam, & quod arctiſsimum affectuum vinculum, æqualis formæ, ortûs, ætatis nexus tam paritatem invênit, quàm confirmavit. Vaga & barbara hominum genera vagos & inde infinitos amores exerceant, vos vero pii & compoſiti conjuges, divinâ lege adſtringimini unum unius eſſe; inter quos *Meritus* tam imperii quam amoris nomen, *uxor*

nomen & dignitatis & voluptatis. Nec vi compulsi sunt vobis affectus, sed benevolentia concreti: nec coempta vobis nobilitas sed innata, non illius instar dignitatis

—*quæ gentes maluit ortus mirari quàm nosse suos.*

Durum est, inter spectandum, virtuti non invidere; Modesta vero hujus cœtus desideria nullum redolent affectum nisi charitatem, vel charitati famulantem, stupet ipse *Hymen*, nec vestris meritis victum se agnoscere recusat. Sordescunt veteres epithalamiorum ritus, ac si infra vestrarum mentium gemmas viluissent. Ite (consodales) aras non thure sed precibus saturate; non cæsarum pecudum adipe Libate, sed votorum casto fervore. Fulgent inter *Angliæ* stellas *sponsi* virtutes, in quo omnium & mentis & corporis dotium consensus. Splendent eximiæ sponsæ dotes, quæ quasi insexus invidiam factæ, quò magis modestiâ celantur, eò fortiùs suavitatem emittunt. Non vobis unquam efferbuit lasciva ea juventutis protervia, quæ abrogato parentum imperio, spreto parituritatis decore, eò magis jucundos sperat congressûs, quo magis prohibitos; quippe castus impetus & à modestiâ non aberrans jamdudum flagrare cœpit, adeò ut ab ipsis fasciis connubia didicisse videamini, & mutua affectuum unico non contingere videatur, sed innasci. Nec mediocre intemerati thori pignus est, eo amoris impetu, per omnes conjugii vicissitudines ferri, qui primùm effervescebat, sic post extrema senectutis detrimenta sese mutuo conjuges alloqui non erubescant.

Auis.

Aus. *Ipse tibi juvenis, tuque puella mihi.*

Fœlices thalami! absint effrenia Fescenninorum convitia; viri castitatis cultores sacratas hasce ædes, quasi tranquillam virtutum sedem venerentur. Auspicate (selectissimum par) conjugii telam ordiri cœpistis, nec aliter pertexatis. Dixi.

FINIS.

LECTORI.

IMpetret à te mea à prælo abſentia, quod à me etiam tua præſentia impetrabit, ut σφάλματα quæ occurrunt, candidè ſuppleas, amicè corrigas, æquanimiter tolleres, viz. p. 5. poſt vocem cicadæ inſere (inſtar) lege deſint: cad. lin. pag. 48. lege Vernulæo. & ſi quæ alia.